TRACTATVS QVA'M PLVRES CRIMINALES,

NONNVLLORVM ILLVSTRIVM IVRISCONSVLTORVM:

Cùm Summarijs ſanè non vulgaribus, ac Indice locupletiſſimo:

NVNC RECENS SVMMO STVDIO, curaque peruigili caſtigati.

Titulos porrò tractatuum, Authorumque nomina, & cognomina, verſa præſens pagina ordine demonſtrabit.

CVM PRIVILEGIIS.

Venetijs, Apud Lucam Antonium Iuntam.
M D L X V I I.

De Fama, Thomæ de Piperata.
De Brachio implorando per iudicē ecclesiasticum à iudice seculari, & econtra, Martini de Fano.
De Inquisitionibus ad interpretationem.l. si vacantia.C. de bonis vacantibus lib. x. Angeli de Vbaldis.
De quæstionibus, Antonij de Canario.
De Syndicatu officialium, Antonij Rondinelli.

CLARIS. V. IOANNI FICHARDO, IVRISCONS. NOBILISSIMO, Et Francofurtensis Reipub. Consiliario

Ioan. Baptista Zilettus. V. I. D. S.

IVRISCONSVLTORUM nostrorum longa, & planè infinita commentaria, multiplices digladiationes, & quæstionum syluas inextricabiles, in maximo nostra hac ætate, librorum, nouorum prouentu, quoties considero, Ioannes Ficharde. V.C. Iurisq; & honestarum omnium scientiarum peritissime, melius cum seculi huius hominibus, qui iuris prudentiæ operam nauant, agi potuisse, fit mihi persuasissimum; si tam multa tamq; impedita, contra Iustiniani sacratissimi Imperatoris, à nostris nimium popularis auræ, & caducæ gloriolæ auidis nunquam fuissent literarum mandata monumentis; aut saltem non cuiuis audaculo, leguleoque sententias suas, seu potius dementias inuulgandi, interpolatas, atque eorum libris aggregatas sæpiusque obtrusas superiorum interpretum scriptiones, nulla esset prorsus à Criticis data facultas, Quod enim temporis id genus hominum scriptis legendis impenditur si id totum legibus, optimisq; Iureconsultorum libris

uerſandis perlegendis, memoriæq; mandandis eroga retur; iam fieri poſſe proſpicio, ut ſæculum hoc noſtrū doctos admodum multos Iuris prudentes, & Vlpianos illos, Papinianos, Modeſtinos huiusque ordinis uiros referentes, magna cum humanæ ſocietatis utilitate æditurum atque in dies daturum eſſe uideatur. Verùm cùm hæc ſuperioribus ſæculis inoleuerit conſuetudo, ut ſcriptorum omnium ſint auſus liberi, chartasque oblinere typisque cudendas præbere cuique impunè li cuerit & liceat: ac opinio obtinuerit, neminem publicè iuris doctrinam profiteri, & indicandi, deq; iure reſpondendi munere rectè fungi poſſe, qui ſcriptorum omnium tædium non deuorauerit in communem ſententiam, ne nouarum rerum ſtudioſi à Iureconſultis malè audiremus diſcedendum fuit. Multiplicibus ergo ſcriptis obruimur, perq; antiquum, ac rediuiuum interpretum Chaos quotidie ducimur. Aequius tamen nobiſcum agitur cùm in eorum qui ſuperioribus ſæculis floruerunt ſcripta & tractatus inciderimus. In his enim quæ ad hãc illam ue materiem aut facti quæſtionem diiudicandam ſpectant, undique conquiſita, optimoq; ordine digeſta, ſub uno aſpectu ponuntur, apteque adiſſeruntur, adeò ut citra laborem, longiorisq; ſtudij moleſtiã. quod quiſque optauerit, in promptu, & quaſi in numerato habeat. Scripta huiuſmodi haud quanquam contemnenda, cùm à Iureconſultis noſtris mirum immodum expeti nouerim pro meo in Remp. literariã amore, ſemper mihi pro uiribus enitendum duxi, leuiſſimorum quorundam nugamentis & quis qualijs ſpertis; quantum mihi à ſcribendo, & rei

fami-

familiaris cura, ocij superest, id totum in uetustis excutiendis Bibliothecis, veterumq; Doctorum scriptis perquirendis, & è situ, blatis, tineisq; uindicandis, insumeretur, Quam prouinciam cùm satis fœliciter superioribus annis, adeo ut laboris me non pœniteat, susceperim. pridem etiam factum est, ut in ueterũ quorumdam iuris interpretum scripta profectò nõ negligenda, quin magis obuijs ulnis excipienda icidẽrĩ: Hec uerò sunt (ut genuinas quę ipsis inerant ĩscriptiões apponã.) Thomę de Piperata Tractatus de fama, cuius Bartholus meminit ĩ l. de minore. § plurium. ff. de quæstio. Martini de Fano, de Auxilio à sæculari iudice per ecclesiasticum implorando, & è contra. Angeli de ubaldis senioris, de inquisitionibus ad interpretationẽ l. si uacantia. C. de bo. uacantib. lib. x. cuius non solũ Angelus Aretinus in tract. Maleficiorum, sed etiam alij Doctores non semel faciũt mentionẽ, Itẽ Tractatus de Quæstionibus Antonij de Canario, & de syndicatu, Antonij de Rõdinellis, Quos sanè Doctores squalẽtes, cariosos, ulcerosos multũq; deprauatos, et meã quasi opẽ implorãtes, cũ animaduerterem, eorum uicem dolere cœpi; eamq; obrem eos persanaui, satis repurgaui, & pristinũ in (nisi fallor) nitorem eis restitui. Ne quid uerò in his lector desideraret, summarum congruis locis, & copiosi indicis munere auxi. Hos hactenus suppressos tractatus, & à nullo nõ expetitos, nullibiq; antea à Typographis cusos, iam mea opera ius postliminij adeptos, quin ab interitu penè uindicatos, cum essem

in lucem emissurus; doctissimum aliquem nobilissimumq; Iurisconsultum mihi seligendum esse decreui, cuius nomine ipsis dignitatem non modicam conciliarem: Cumq; satis multos nostrorum Coryphæos animo uoluerem, atq; etiam Hieronynum Magium I.C. Anglarensem amicum meum cuius propediem Tractatus Μιξοπυγισίας ad l. Cum uir nubit. C. ad legem Iul. de adulterijs: Iuriscivilis Lexicon, & Annotationes seu collectanea in Inst. instit. excudentur, in consilium abhiberem: tu Ioannes Fichardè. V.C. & inter legalis Reipub. Principes maximè celebris occurristi, in cuius nomine hæc optimorum Iureconsultorum scripta appareret. Ea enim non solùm apud Germanos, Gallos, Hispanos, Anglos, sed & Italos nostros quos (quæ tua est humanitas) mirum immodũ diligis, tui nominis claritas est propter summam iuris, honestarumq; omnium disciplinarum cognitionẽ: ea est propter morum uitæq; integritatem amplitudo, ut obsoletis nitorem, spretis dignitatem, tenebricosis lucem maximè possis impartiri. Adhæc cùm te, Iordanum Zilletum agnatum gentilemq; meum integritatis & solertiæ non uulgaris Bibliopolam magno prosequi amore iam cognouerim, tibiq; adeo esse charum ut patrocinio tuo dignum putaueris, hospitemq; aliquando tuum incredibili quadam comitate complexus fueris; mirum dictu est quantum ego, qui te antea uirtutum tuarum gratia magnopere diligebã, pariterq; suspiciebam, eam nunc ob rem debeam, tibi gratum facere, animiq; erga te mei argumentũ quod

in longa

in longa etiam posteritate superstit. ederè satagam; Quod cum per multas, ne dicam innumeras, occupationes meas pridem minus licuerit, hac in præsentia horum Tractatuum editionis oblata occasione, diem haud ulterius diffundendam esse existimaui, Quanquam mihi satis potius esset factum, si lucubrationũ scriptionumq; mearum, quę rudes adhuc inchoateq; sunt, aliqua, studium in te meum non mediusfidius uulgare significassem, publiceq; spectandum proposuissem. Hos igitur optimorum Iureconsultorum Tractatus tibi cæterisq; doctis uiris non ingratos nec inutiles futuros, & mei quicquid hic est laboris & diligentię, tibi dicare tuoq; simul nomine augere atq; augustiores reddere uolui. Hylari ergo fronte Fichar de. V. C. munusculum hoc accipe, meq; amicorũ tuorum albo ascribere, & Iordanum nostrum qui tibi tam addictus est quam qui maximè, & de te semper honorificè loquitur, ut facis, amare non dedigneris. Vale Venetijs. Calen. Sextil. M. D. LXII.

INDEX OMNIUM MAteriarum contentarum in Tracta. de Fama D. Thomę de Piperata. & alijs Tracta. in hoc uolumine existentibus, alphabetica serie editus per Ioan. Baptis. Ziletum fœliciter incipit.

A

Aduocati

 VII

an

Condemnatus

de

E

Executor,

Fama

Inquiri

Ad

scepit, qua pœna sit feriendus. ibidem numero.281 carta eadem.

Iudex an repetat expensas quas soluit pro condemnando, quem non condemnauit. ibidem numero.283. carta.149.

Iudex non admittens probationes admittendas, qua pœna sit dignus. ibi. nu.284. car. ea.

Iudex qui dum syndicatur probat se filium familias an statim absoluatur. ibidem. nu.286. car. ea.

Iudex qui mutuo accepit pecuniam à subdito, qualiter puniatur. ibid. nu.287. car. ea.

Iudex aliquem ininstè detinens, qualiter teneatur, & quę sit cautela ne teneantur. ibidem, numero.288. ca. ea.

Iudex an de peremptione instantię teneatur in syndicatu, si semel tantum instatum fuit in causa principali. ibi. nu.291. car.150

Iudex tenetur veritatem inuenire. Tho. de Piper. in tractat. de fama nu.21. car.6

Iudex à quæstionibus non debet incipere, indicijs legitimis non præcedentibus. ibi. nu.43. car.10

Iudex leges de indicijs loquentes, ponderosè & maturè debet considerare ibi. nu.53. car.11

Iudex secundum municipalem legem determinātem quando procedendum ad tormenta, ad ea debet procedere, & non aliter ibi. nu.54. car.11

Iudex habens arbitrium, secundum unum tantum indicium, potest ad tormenta procedere. ibidem numero.55. car.11

Iudex

Iudex

Iudex

Iudex

Iudex

Libellus

Nuncio

O

Q

R

qui

qui poßit in ciuili uel criminali, Ang. in repe. l. si ua cantia. nu. 39. C. de bon. uac. lib. x. car. 33

Sententia an specialiter sequi possit ex probationibus super generali inquisitione receptis sine alia inquisitione speciali. Ant. Rondi. in trac. de syn. nu. 119. c. 129.

Sententia sine scriptis ualet in causa syndicatus. ibidem nume. 146. car. 134

Sententia lata à pluribus syndicatoribus quando ualeat ibi. nume. 169. car. 137

Sententia absoluentium in pari numero iudicum præualet. ibi. nu. 170. car. ea.

Sententia an teneat si unus ex syndicatoribus non interfuit. ibi. nu. 171. car. ea.

Sententię excutio qualiter in bonis fieri debeat. Ang. in l. si uacantia. nu. 30. C. de bon. uac. lib. x. car. 32

Seruus nō potest esse iudex, arbiter, neque tabellio. Tho. de Pipera. in tract. de fama. nu. 27. car. 7

Serui non possunt esse testes in testamento. ibi. nu. 29. c. 7

Serui an possint torqueri & contra quēs. Anto. de Can. in tract. de quæstio. in. iiij. memb. nu. 31. ca. 94

SINE uoce uil dicitur. Tho. de Pipe. in tracta. de fama. nu. 7. car. 5

SOCIVS criminis an & in quibus casibus debeat de consocijs interrogari. & fidem faciat. Anto. de Can. ī tract. de quæst. ī. iiij. mem. n. 26. & 27. c. 92. & 93

Socius criminis potest in carceribus detineri ut socios reuelet. ibi. nu. 27. car. 93

Solennitas. l. libellorum. ff. de accusa. utrū ī īquisitione seruari debeat. Ang. in repet. l. si uacātia. n. 185. c. 55

Procedendum

Q

Quæstio idem est quòd tormentum ibi.nu.5. car.ea.

Quasi contestatio in casibus in quibus fit contestatio, tã tũ operat quãtũ uera cõtestatio ĩ casibus ĩ qbus necessaria est cõtestatio. Ang. ĩ rep. l. si uacãtia. n. 219. c. 61

Quasi contrahit in iudicio. Tho. de Pipe. in tract. de fama. nu. 26. car. 7.

Querela falsi post uigesimum annum denegat perpetuò sed potest de crimine inquiri. Ang. de ubald. in d. l. si uacantia. nu. 255. & 256. ca. 67. & 68.

Querelans iniustè in syndicatu qualiter teneatur. Ant. Rond. in tract. de synd. nu. 67. car. 123

R

RECIPIENS testes an debeat scribere in actis, præsente teste & contradicente, quòd iudex reputat eum uacillare. Ant. de Cana in tract. de quæstio. in ij. memb. nu. 37. car. 78

Reconuentio non fit coram arbitro. Ang. de ubal. in repeti. l. si uacantia. nu. 144. car. 59

Relaxatus fideiussoribus, qui postea citatus ad subeundum torturam non uenit. an habeatur pro confesso, & damnari possit. Ant. de Cana. in tract. de quæsti. in v. memb. nu. 14. car. 100

Remedium prius intentatum prius est prosequendum. Ang. in d. l. si uacantia. nu. 208. car. 59

Repugnantia non admittitur in ijs quę sunt idem, uel loco eiusdem habẽtur. ibi. nu. 251. car. 66

Res quomodo incorporantur in fiscum uel ecclesiam. ibi. nu. 45. car. 34.

qui poßit in ciuili uel criminali, Ang. in repe. l. si ua-
cantia. nu. 39. C. de bon. uac. lib. x. car. 33
Sententia an specialiter sequi poßit ex probationibus su-
per generali inquisitione receptis sine alia inquisitio
ne speciali. Ant. Rondi. in trac. de syn. nu. 119. c. 129
Sententia sine scriptis ualet in causa syndicatus. ibidem
nume. 146. car. 134
Sententia lata à pluribus syndicatoribus quando ualeat
ibi. nume. 169. car. 137
Sententia absoluentium in pari numero iudicum præua
let. ibi. nu. 170. car. ea.
Sententia an teneat si unus ex syndicatoribus non inter
fuit. ibi. nu. 171. car. ea.
Sententię executio qualiter in bonis fieri debeat. Ang. in
l. si uacantia. nu. 30. C. de bon. uac. lib. x. car. 32
Seruus nõ potest esse iudex, arbiter, neque tabellio. Tho.
de Pipera. in tract. de fama. nu. 27. car. 7
Serui non possunt esse testes in testamento. ibi. nu. 29. c. 7
Serui an possint torqueri & contra quẽs. Anto. de Can.
in tract. de quæstio. in. iiij. memb. nu. 31. ca. 94
SINE uoce uil dicitur. Tho. de Pipe. in tracta. de fa-
ma. nu. 7. car. 5
SOCIVS criminis an & in quibus casibus debeat de
consocijs interrogari. & fidem faciat. Anto. de Can.
ĩ tract. de quæst. ĩ. iiij. mem. n. 26. & 27. c. 92. & 93
Socius criminis potest in carceribus detineri ut socios re
uelet. ibi. nu. 27. car. 93
Solennitas. l. libellorum. ff. de accusa. utrũ ĩ ĩquisitione
seruari debeat. Ang. in repet. l. si uacãtia. n. 185. c. 55

FINIS

TRACTATVS DE FAMA.

D. Thomæ de Piperata Bononiensis. V. I. D. Clarißimi, cum summarijs amplißimis, Dom. Ioannis Baptistæ Ziletti, fœliciter, nunc primum in lucem uenit.

SVMMARIA.

1 Fama quid sit, in uera sui significatione.
Fama publica & opinio, seu existimatio idē sunt.
2 Fama sufficit q̄ sit in maiori parte loci.
3 Romana ciuitas quomodo sit diuisa.
4 Factum de quo dicitur esse fama, quod sit.
5 Fama totius ciuitatis quòd requiratur in negocijs magnis, in paruis uerò fama uiciniæ sufficit.
6 Iura diuersa, ex paruitate uel magnitudine rei statuuntur.
7 Sine uoce nil dicitur.
8 Dicere nemo extimatur, quod mente nō cogitauit.
9 Verè scire, quod dicatur.
10 Errari quando dicatur.
11 Fama publica in quo differat à publica opinione.
12 Fama non publica quæ dicatur.
13 Fama unde dicatur.
14 Fragor sonus dicitur.
15 Postulare quid sit.

16 Nomina rebus consonare debent.
17 Fama per quot testes probetur.
18 Notorium quod dicatur.
19 Fama qualiter probetur, & quomodo testes super fama deponere debeant & nu.22.
20 Famæ origo est quærenda.
21 Iudex tenetur ueritatem inuenire.
23 Rumori non est fides adhibenda.
24 Contractus celebratus cum filiofamiliàs, qui tempore contractus, paterfamiliàs putabatur tenet, et infra.nu.25.
Intellectus ad.l.j.c.ad Macedonianum.
25 Iudicium agitatum cum filiofamilias, patre familias per famam reputato ualet.
26 In iudicio quasi contrahitur.
27 Seruus nō potest esse iudex, arbiter neque tabellio.
28 Testamentum ad quod testis seruus, communi opinione liber reputatus, fuit adhibitus, ualet.
29 Serui non possunt esse testes in testamento.
30 Fama sola an probet, quando agitur ex contractu, & aliquid petitur ex promißione, uel rei uendicatione agitur, aut simili actione.
31 Testes in contractibus de ueritate et sua scientia deponere debent.
32 Actoris intentio apertè probari debet, cùm quid ratione dominij, uel quasi petitur.
33 Fama confirmat probationes testium, non omni exceptione maiorum.
34 Testium multitudo quid operetur, & quid eorum dignitas.

dignitas.

35 Scriptura scripturam declarat.

36 Intellectus ad l. j. C. de testamentis.

37 Intellectus ad l. si mater C. ne de statu defun.

38 Fama sola probata in modicis quæstionibus pecuniarijs, siue ciuilibus, illi iuramentũ defertur, pro quo fama probata facit.

39 Fama probata in maleficijs, quid operetur.

40 Probationes in criminalibus, clariores esse debent.

41 Fama in maleficijs firmat testium depositiones non omni exceptione maiores.

42 Accusatus torqueri potest, ad ueritatem maleficij inueniendi, fama sola probata.

43 Indicijs legitimis non præcedẽtibus à quæstionibus non est inchoandum.

44 Testis unius dictum facit indicium.

45 Ius quod obseruatur in toto quo ad totum, obseruatur in parte quo ad partem.

46 Malum omne de inimico præsumitur.

47 Accusator non compellitur legationem suscipere, ad amicum uel domesticum accusati,

48 Inimicus à testimonio repellitur.

49 Iactatio de maleficio facit indicium,

50 Fuga facit indicium contra accusatum fugientem de loco. tempore maleficij commißi.

51 Fuga fugientem accusat.

52 Semel malus, ex nunc malus præsumitur.

53 Iudex leges de indicijs loquentes, ponderosè & maturè debet considerare,

tra ipsum indicium.

71 Testes dicentes uidisse talem admenantem contra occisum, indicium faciunt.

72 Aufugiens à loco maleficij commissi habet indiciũ contra se.

73 Intellectus ad l. sciant. C. de proba. & ad. §. aliàs numerus. in l. testium. ff. de testi. & suprà, nu. 66.

74 Indicia indubitata quæ sint, quòd quis aliquem occidi fecerit.

75 Argumenta & præsumptiones quæ dicantur.

76 Præsumptio & suspicio idem est. quod intellige ut infra nu. 78.

77 Præsumptionibus uel suspicionibus quis damnari non debet.

79 Præsumptiones uiolentæ quæ dicantur.

QVONIAM circa famam, indicium, argumentum & præsumptionem, multas dubitationes oriri contingit in iudicijs: instantia prudentis uiri dom. Gulielmi Iurisperiti ciuis Alexandriæ. Ego Thomas de Piperata de Bononia iuris ciuilis dictus professor, infrascripta super prædictis reddigere curaui, ad dictas dubitationes in singulorum animis amputandas. Igitur de fama hoc ordine est uidendum, ut primò uideamus quid sit fama. Secundò unde dicatur. Tertiò per quot testes probetur. Quartò qualiter probetur. Quintò quid ope

retur fama probata, siue quis sit effectus famæ probatæ, & posteà dicam de accusatione.

1 Respondeamus ad primum, uidelicet quid sit fama. & quidem fama in una significatione dicitur dignitatis illesæ status, legibus ac moribus approbatus & eodem modo in eadem significatione dicitur estimatio & opinio, hæc enim tertia fama estimatio & opinio, quantum ad illam materiam idem significant, & hoc probatur & notatur. ff. de uarijs & extraordi. cog. l. cognitionum, circa medium. ibi, quia estimatio &c. Sed de illa fama quantum ad nostram materiam de qua agitur curandum non est. In alia significatiōe dicitur fama, quod homines alicuius ciuitatis, uillę, uel castri, uel uici, uel contratæ alicuius communiter opinantur & estimant, siue sentiunt, illud uerbis siue loquella afferendo, non tamen habent pro certo, & uero uel manifesto de tali fama loquitur. ff. de testi. l. testium. §. alias numerus, ibi ueluti consentiens fama &c. & ff. de pœn. l. capitalium. §. famosos. in ea dictione famosos, quæ ponitur in prin. d. §. sed in alia dictione famosos, quæ ponitur quasi in fine. d. §. non ponitur in dicta significatione, sed in alia, de qua supra dixi. Etiam hæc fama dicitur opinio publica, siue communis, de qua loquitur lex. C. si seruus aut libertus ad decu. aspi. l. ij. & C. ne de sta. defunct. l. si mater & C. de sent. & interlocu. omn. iudi. l. si arbiter in fi. Item dicitur estimatio publica, siue communis, de qua loquitur lex. instit. de testa. ordi. §. sed cum aliquis. & sic in uera si-

gnificatione

gnificatione dicta tria significat. Item licet uulgari ter, siue sermone communi utuntur homines uocabu lo famæ, quam dicunt famam publicam: non autem utuntur uocabulo æstimationis siue opinionis; tamen est talis fama communis opinio siue æstimatio super non uero, & dicitur cõmunis error, & hoc est, quod sępè no. per Doct. quòd error facit ius. ut no. ff. de offic. presi. l. Barbarius. & C. de testa. l. j. & ff. ad

2 Macedo. l. ij. Quod autem dixi homines, alicuius ciuitatis &c. non sic debet intelligi, ut in omnibus partibus ciuitatis, uillæ, castri, uel uici, uel contratę, oporteat esse opinionem, siue æstimationem prædictam, imò sufficit quòd sit in maiori parte. quia refertur ad uniuersos, quod fit per maiorem partem. ut ff. de reg. iur. l. aliud. § refertur. Itẽ ideò dixi cõtrata alicuius, quia potest esse fama, opinio siue æstimatio publica, nedũ in ciuitate, castro, uel uilla, uel uico, de quo nulla dubitatio est, Sed etiã in cõtrata ali

3 qua prædictorum locorum. Et ideò dicit lex. quòd ciuitas Romana est diuisa per regiones contratæ, siue certa partes ciuitatis, ut. ff. de offi. præfecti uigi. l. nam salutem, in prin. & sic de facto & consuetudine in alijs ciuitatibus, castris, uillis, & uicis, uidimus obseruari.

4 Circa hoc tamen considerandum est, quod sit factũ de quo dicitur esse fama. nã si ita tale sit siue ita ma gnum, quòd per famam ab omnibus de ciuitate, castro, uilla, uel uico, scilicet à maiori parte ipsorum sciri debuerit, uel sciri soleat, tunc non sufficit esse fa-

mam de facto prędicto in alia contrata ciuitatis, castri, uel uici. Si uerò paruum sit factum, de quo dica tur esse fama, sufficit si in contrata illorum ad quos pertinet illud factũ sit. puta D. Brancaleo. & D. Ca stellanus. de Andalotis, olim fuerunt senatores urbis Romanę, nunc est quæstio in ciuitate Bononiæ si fue runt senatores uel non. ad probationem famę, sufficit probare famam esse de hoc, quòd fuerunt senatores urbis Romanę in quarterio Porte. S. Proculi. uel in contrata ipsorum, certè non: si uerò duo populares fuerunt potestates aliquarum uillarum ciuitatis Bo noniæ, tunc sit quęstio super hoc. nonne sufficeret ad famam probandam probare de hoc esse famam in cõ
5 trata ipsorum, certè sic. Si quæstio sit de offensione facta alicui de maioribus ciuitatis propter quam offensionem fuit magnus rumor in ciuitate Bononiæ, partęs fortè fecerunt tumultum, & ad bellum se prę parauerunt, si probatur famam esse de aliquo. qui di ctam offensionem fecerit, certè non sufficit probare famam esse de hoc in contrata aliqua. imò probari oportet famam esse per ciuitates & loca similia. Si de offensione facta alicui paruo populari agitur, & fama sit probanda. sufficit probare famam contratę, & sic de similibus. Nam super magnis & arduis factis: potissimè magna fama solet oriri, per totum ciuitatem, super paruis solet oriri in uicinia, id quod solet fieri uel euenire considerandum est, ut. ff. de da mn. infec. l. si finita. §. j. & . ff. de ędi. edi. l. quod si nol-
6 lit. §. qui assidua. Item ex paruitate uel magnitudi

ne rei

ne rei diuersa statuuntur iura. ff. de dolo. l. si oleum. & l. seq. & ff. de donat. inter uir. & uxo. l. utrunq;. Item ideò dixi illud uerbis siue loquella communiter asserendo. quia ex recitationibus singulorum constat seu constare potest super aliquo esse famam opinio-
7 nem, siue estimationem, & non aliter, quia sine uo ce nil dicitur, ut. ff. de supelle. leg. l. Labeo, in fi. ibi tamen nemo &c. Item quod sentitur ab aliquo & in mente ipsius est, per uerba declaratur, & ideò dicit lex, non arbitror quemquam dicere quod non sentit.
8 Item nemo estimandus est dicere quod mente nō cogitauit, ut. d. l. Labeo. §. idem Tubero, sic certarum personarum uehemēs opinatio, procedit ex aliquarū personarum certarum recitatione, ut colligitur ex no. ff. de aqua plu. arc. l. in summa. §. idem Labeo ait. cum igitur &c.
9 Item ideò dixi non tamen pro certo uero uel manifesto, quia illud diceretur scire uerè, ita quòd super eo quis falli non posset, ut dicitur de inconstante, ad quem cum tota fuerit dubitatio, de qualitate solidorum debet doceri, ut contentionem illam dirimat, qui pro sua fide & industria, nec fallitur, nec falli potest, ut colligitur. C. de ponderatoribus & auri illa. l. si. lib. x. fama uerò & opinio, siue extimatio publica, super incerto procedit, & ideo aliquando dicitur er
10 ror communis ut supra not. Errari uero dicitur, quando aliud est, & aliud creditur, ut probatur ff. de iurisd. omn. iudi. l. si per errorem, & ff. de iudi. l.
11 ij. in prin. Item licet dixerim quòd fama publi-

& opinio publica.sint idem,tamen in aliquo diffe-runt,quia fama non potest esse nisi publica. est enim super eo quod ab omnibus,uel maiori parte sentitur ut supra probatum est,& infra tangetur.& ideo dũ lex loquitur de fama,non curauit dicere publica,sed opinio et esistimatio potest esse publica.& sic intelli
12 guntur leges allegatę. Item potest esse non publica,ut puta unius,duorum,uel trium,uel plurium, et de tali opinione uel esistimatione,quę non est publica legitur.ff.pro hærede.l.j.in princ.& l.ij.§.fin.& pro donato.l.j.in prin.& .ff.de interro.actio.l.de ætate.§.si cum esset,in secundo dicto,& .c. de iuramen. calum.l.ij.§.quòd obseruari.
13 Sequitur uidere unde dicatur fama, & licet per legem aliquam determinatum non sit. unde dicatur fama, magistraliter tamen dici potest,quòd fama dicitur mentis fides, ex eo quod in mente sua oẽs uel maior pars sentiũt,et illud uoce declarãt,siue exprĩmunt ipsa procedit,et sic fa,interpretatur fides,ma. interpretatur mentis,ut sic dicatur fama mentis fides,uel dicitur fama,à sono magno, & sic fama interpretatur sonus magnus, & sic dicatur fama sonus magnus:procedit enim fama ab eo quòd communiter agitur & sentitur ab omnibus uel maiori parte,ut supra notatum est,sic dicitur suffragium patrocinium quod præstant aduocati in causis, & dicitur suffragium sonus sufficiens, & sic dicatur suffragiũ à su,quod interpretatur sufficiens,& fragium quod
14 interpretatur sonus, nam fragor dicitur sonus, ut

not.

no.magistraliter.c.in rub.de suffragio. Oportet e-nim aduocatos in patrocinando sonum emittere siue
15 facere, cùm ipsi dicantur postulare. At postulare est desiderium &c. ut.ff.de postulan.l.j.§.postulare, ut sic in utroque uocabulo, in fama & in suffragio
16 nomen sit consequens rei, debent enim rebus nomina consonare, ut insti.de donatio.§.est & aliud, et.C. de episco.& cler.l.decernimus.
17 Sequitur uidere p quot testes probetur fama, et qui dē probatur p duos testes, quia numerus testiū &c. ut.ff.de testi.l.ubi. nisi iudici constet de dicta fama, quia sit nota sibi ut notoria. nā cùm quid est notū iu
18 dici, ut notoriū, iudicabitur secundū illud. & dicitur notoriū quòd nulla tergiuersatione celari potest, nec est necesse quòd probetur notorium esse: ex quo sibi notorium erit, ut probatur & colligitur. ff. qui satisd.cog.l.si uerò.§.qui pro rei qualitate, ibi euidentissimè locupletem, &c. &.ff.de actio.emp.& uendi.l.emptorem secunda dicto. ibi quod manifestum &c. & in utraque predictarum concordantiarum notatur.
19 Sequitur uidere, qualiter fama probetur, & quidem probatur dum testes deponunt saltem maiorem partem populi ciuitatis, castri, uille, uici uel contratæ, ita sentire de tali facto, & ita no.in.d.§.alias numerus &c. Sed raro, imò nunquam uidi dicta aliquorum testium. qui sic dicerent super fama. unde dic ꝙ porrecta intentione uel capitulo continente, quòd de tali facto est publica uox et fama, uel ꝙ de tali, uel in

tali facto consentit publica uox & fama. ut colligitur in d. §. aliàs numerus. Si quæratur à teste quomodo scis debet respondere, quia ità sentit maior pars populi ciuitatis, castri, uillæ, uici, uel contratæ. hæc ergo uerba potius sunt ad reddẽdam rationem super fama, quàm de fama. & si talis reddatur ratio à teste, ualebit dictum ipsius. Si dicat testis nescio, uel si dicat quòd hoc audiuit à tali, & à tali, uel à. x. uel xx. hominibus, non ualet dictum ipsius aliquid. ut. C. de testi. l. testium, secundo responso. vnde sapientes tabelliones quęrunt à teste deponente super fama, quid est fama. item quot homines faciunt famam, itẽ unde habuit originem fama de qua deponit.

20 Sed nunquid de origine famæ est quærendum lege determinatum non est. arg. quòd sic: & colligitur in lege causam & originem spectari debere. ut. ff. de donatio. l. qui id quod. in primo dicto, & alibi dicit lex iudici non fore spectandum. ut. ff. depositi. l. j. §. si ser-

21 uus. & ff. pro socio. l. si id quod. §. si filius. est enim hoc ad indagandam ueritatem eius de quo agitur, iudex enim modis omnibus quibus potest, ueritatem inuenire debet. ut colligitur. C. de eden. l. is apud quem. Item originem famæ inquirendam esse, optime probatur. C. de offic. rector. prouin. l. iustissimos. ibi nam si uere, &c.

22 Sed quid si respondeat testis interrogatus de origine famæ. nescio undè habuit originem. puto quòd bene respõdeat: si nesciebat de origine famę. quia potest esse fama antiquissima, & super antiquissimo facto.

idem

idem tamen si sit noua fama, quia potest scire testis maiorem partem populi sic sentire, & tamen nihil no uit de origine eius: Quid si respondeat quòd originem habuit à tali. qui primus hoc cœpit dicere respondeo, quòd talis responsio uidetur anihilare dictum eius. cùm primitus deposuisset de fama, nam si ex dicto unius. duorum uel plurium aliquid credatur uel dicatur, ab alijs de ciuitate castro, uilla, uico, uel contrata, potius diceretur testimonium credulitatis, uel de credulitate, uel auditu alieno. quod testimonium reprobatur à iure, licet de credulitate recipiatur in casu. ut probatur & notetur in.l testium.C.de testib. uel diceretur ex hoc oriri rumor quidam & non fa-
23 ma, quia rumor reprobatur à iure, nec fides ei adhibetur. ut.ff.de hære.insti.l.fin. uel dicetur ex hoc oriri uoces mentales, quę reprobantur à iure. ut.d.l. iustissimos. Si uerò respondeat testis, originem habuit fama ab ipso facto, de quo agitur, uel de quo est fama, puto responsionem optimam, nam factum potest hominibus esse certum, & tamen sentiunt illud ita fuisse. ut asseritur.
24 Superest uidere de ultimo, scilicet quid operetur fama probata, uel quis sit eius effectus. & quidem fama probata aliquãdo operatur & habet effectum ut ualeat contractus celebratus cum aliquo, ut sic condemnari possit, exceptione cessante. quę aliàs si non probaretur. illa fama locum haberet. si mutuo filiofamilias de quo fama sit, quòd sit paterfamilias, nam si pecuniam receptam ab ipso repetam: & ipse nunc

exceptionem opponat, & ego probauero famam fuisse tempore dati mutui, quòd erat paterfamilias, cessabit exceptio supradicta, & condemnabitur, cum effectu. ut in d.l.ij.ff.ad Maced.& sic intelligitur. C.ad
25 Maced.l.j. Idem operatur circa quasi contractus, nam si fuero in iuditio cum filiofamilias sine consensu patris, cum esset fama, quòd dictus filiusfamilias
26 esset paterfamiliàs, tenebit iudicium, quia in iudicijs quasi contrahitur. ut.ff.de pecu.l.iij.§.idem scribit, sed si non fuisset dicta fama, nec probaretur, nec instantia iudicij, nec sententia ualeret regulariter. ut C.de bonis quæ liber.l.cum non solùm.in.j.col.in uer. necessitatem &c. sic operatur circa iudicium, quòd ualeat iudicium, & sententia, & arbitrium instātia & acta omnino alicuius, ut si de iudice, uel arbitro, uel tabellione, erat fama quòd esset liber & erat seruus, ut.d.l.si arbiter.C.de senten.& interlo.omn.iud. & d.l.Barbarius, & licet non loquatur in tabellione d.l.idem, tamen in eo debet intelligi, arg. dictarum legum, de similibus ad similia procedendum est, ut pro
27 bant multa iura, nam seruus non potest esse iudex, uel arbiter, uel tabellio. ut.ff.de iudi.l.cum prætor.§. nō autem omnes.ff.de arbit.l.Pedius.§.in seruum.C.
28 de tabul.l.generali in princ. Sicq; operatur dicta fama quòd ualeat testamentum factum coram septē testibus, inter quos unus erat seruus. de quo esset fama quòd esset liber, ut.d.l.j.C.de testa. Sed aliàs dictum
29 testamentum non ualeret, quia adhiberi testes serui non possunt in confectione testamenti, ut insti.de test. §.testes.

§.testes,sed in dictis casibus fama probata reddit id de quo agitur ualidum ut supra probatum est.
30 Sed quid operabitur fama probata, cùm agitur ex contractu,& petitur aliquid ex promissione,& probatur famam esse,quòd ille à quo petitur illud promisit,uel quid si agatur rei uēdicatione,uel simili actione,& probatur famam esse,quòd res petita sit petentis,uel agitur ciuiliter ex quacunque causa,& actoris intētio probatur per famam,nec probatur aliquid aliud,uidetur quòd non sufficiat fama probata, quia fama consentiens,confirmat rem de qua quæritur fides,ut probatur in.d.§.aliàs numerus, si dicatur fama consentiens confirmat &c. igitur oportet, quòd pro actore sit aliud quod faciat præter famam, quòd à fama confirmari dicatur,quia si non sit aliud, quod faciat præter famam,quod faciat pro actore,iam non esset quod confirmaretur à fama,respondetur & inducetur in argumentum quòd fama dicitur confirmare,non quòd per se non sufficiat, absq; alia probatione,sed respectu assertionis partis, quam assertionem fama confirmat, & ita sufficit pro se absque alia probatione,allegauit do. Accur.ff.de fundo inst. l.cum delanionis.§.asinam,& d.l.j.C.de testa. & .d. §.insti.de testa.§.testes,&.C.ne de sta.defunct.l.si mater,& scriptum est in apparatu Accur.posito in.d.§. aliàs numerus,præter prædicta secundum Io. quasi Io.prædicta dixerit & conscripserit,sed Io. excluso, q prædicta non scripsit nec dixit,immo dixit totum contrarium, q fama sola non probat in casibus supra

dictis, & hoc puto ipsam ueritatem, ꝙ fama probata in casibus supradictis ꝙ non probat, illud enim quod petitur ex contractu, probari debet per testes qui de
31 ueritate & sua scientia testimonium perhibeant. ut
32 C. de testi. l. testinm. & ibi no. Item cùm quid petitur ratione dominij uel quasi, uel ex causa simili aperte debet probari actoris intentio, ut. ff. de rei uendi. l. in rem, & C. de probatio. l. cùm res, quinimmo actor quod asceuerat probare debet, & ei incumbit probatio qui dicit, ut. C. de proba. l. actor. & ff. de prob. l. ij.
33 Non ob. d. §. aliàs numerus, quia uerum est ꝙ consentiens fama confirmat fidem rei de qua queritur. quando præter famam sunt aliæ probationes, quę si quidem sint plenę & sufficientes, probant per se sine fama, nihilominus confirmat fama ibidem, si non erant plenæ & sufficientes, quia non erant omni exceptione maiores, quod esse debet, ut colligitur & probatur ff. de testi. l. ij. & iij. Si prçter dicta illorum testium qui deposuerunt super facto de quo agitur, sit per alios testes fama probata, illa fama confirmabit dicta illorum testium, & reddent illa ualida. ut dicatur actoris intentio plenè probata, & ita non loquitur ibi de confirmatione assertionis partis. ideo de confirmatione alterius probationis, sicut euidenter probatur ex testibus qui ponuntur in. d. §. Primus casus est, a-
34 lias numerus testium. Secundus casus est, alias dignitas & auctoritas. Tertius alias fama consentiens confirmat &c. unde in ipso casu multitudo testium facit additamẽtum quoddam ad probationem faciendam per

dam per eos, quæ non fieret si non esset multitudo ipsorum. quia non erant omni exceptione maiores, & sic confirmat probationem faciendam per eos. In secundo casu dignitas testium operatur, quòd plenam faciant probationem, quam non facerent aliàs. cum forte non essent omni exceptione maiores, uel quia erant amici producentis, uel simili ratione, & sic dignitas testium supplet quod aliàs deficeret, & confirmat probationem faciendam per eos: in tertio casu in quo loquitur de fama, loquitur de additamento quod fit ad aliam probationem, & de confirmatione alterius probationis, ut supra notatur, nam unus casus determinat alium & dat intelligere in quo casu
35 loquitur de fama, sicut una scriptura determinat aliam, & declarat. ut. ff. de testa. l. hæredes palàm. §. sed si notam. & ff. de leg. j. l. si seruus plurium. in fi. Non ob. §. Asinam, ubi colligitur in fi. quòd uulgi opinio est spectanda. quia illud est uerum in significatione uocabulorum. ut. ff. de supellect. leg. l. Labeo. §.
36 uerum. Non ob. l. j. C. de testa. & §. testes. Insti. de testa. quia ibi non erat fama super eo de quo agebatur, esse factum, uel non esse. immo constabat esse factum. sed erat fama aliàs circa personam testis adhibiti in confectione testamēti quia talis debet haberi communis opinio, & fama putabatur esse tempore testamenti confecti. ne testamentum irritetur, fauent enim iura ultimis uoluntatibus. ut probant infi
37 nita iura. Non ob. l. si mater. quòd ibi fama probata non probat, principale de quo agitur. sed indu-

cit præsumptionem ad tuendum statum defuncti & filiorum: quia si mater communi opinione & fama, uixit antè mortem, ut libera per quinquennium, ad modo non poterit quis mouere quæstionem de statu defunctæ uel filiorum. & ibi speciale fauore liberta tis, undè & contra pupillum & rem publicam indu citur ibi præscriptio: sola ergo fama non probat, nisi fama cohæreat: quia secundum naturā sit id de quo est fama. ut solet dici de morte Bulgari, petitur per aliquem. qui Bulgarus decessit, iam sunt centū anni: quo casu, sola fama probat. & sic sentit Io. in d. §. aliàs numerus. Sed non multas grates eidem debemus referre de hoc, per. l. ut inter diuinum. C. de sac. san. eccl. Nam præsumptione iuris non uiuit homo ultrà centum annos, cui statur, nisi contrarium doceat. undè licet non esset fama publica Bulgarum esse mortuum: hoc tamen ipso ꝙ probaretur ętas Bulgari, & inueniretur ætatem Bulgari, excessisse numerum centum annorum, probaretur & mors Bulgari. & sic ipsius hæreditas peti posset arg. d. l. & ff. de

38 usufru. l. an usufructus. Item sola fama probata in modicis quæstionibus pecuniarijs, siue ciuilibus, facit deferri iuramentum illi pro quo facit fama probata. per l. in bonæfidei. C. de reb. cred. & sic no. in d. §. aliàs numerus, non tamen per hoc sentio ꝙ fama obtineat medietatem plenę probationis, ut infra dicā.

39 Item quid operatur fama in maleficijs. ut puta, accusatur quis de homicidio uel alio crimine, accusator non probat aliud nisi famam, & uocem publi-

cam

tam esse, quòd accusatus aliud maleficium commisserit, de quo accusatus est, nunquid ex tali probatione erit condemnandus, certè sic, si uerum est ꝙ sola fama probata, probet id de quo agitur, ut dicere uoluerunt quidam, sicut scriptum est in apparatu or. ut supra no. illa tamen sententia non est uera, ut supra no. undè si non sit alia probatio præter famam, absolui debet accusatus. nam actore non probante &c.
40 ut. C. de eden. l. qui accusare. In criminali enim debent esse probationes luce clariores, ut. C. de proba. l.
41 sciant. & . C. de pœn. l. qui sententiam, Quid ergo operabitur fama in maleficijs respondeo. ꝙ confirmabit alias probationes aliorum testium, qui non sunt omni exceptione maiores, ut supra dixi, in causis ciuilibus, undè circa hoc. ibi dicta. & hic repetita intel
42 ligantur. Sed nunquid operabitur, ut torqueri possit accusatus secundum iura communia, nam ad ueritatem maleficij inueniendi, torqueri potest accusatus, ut colligitur in. d. l. qui sententiam. et probatur C. de quæstio. l. cum cognitionaliter, in fi. & . l. milites ibi inuestigandę ueritatis gratia &c. & . ff. de quęst. l. j. in prin. & in. §. Diuus, & in alio. §. diuus. & in a-
43 lijs infinitis, præcedentibus tamen indicijs, à quęstionibus enim inchoandum non est, nisi præcedant indicia siue argumenta. ut in. d. l. milites, in uer. oportet, & . C. ad. l. Iul. maiest. l. si quis alicui. in gl. & . ff. de quæstio. l. j. in prin. & in. l. unius. §. in ea, cum sim. Et uidetur quòd sic quia confirmat fidem rei de qua quæritur, sed hoc uerum nō puto, secundum iura Ro

mana, nam fama probata inducit indicium, ad alias probationes ualidandas, ut supra no. Ex indicio uero non proceditur secundum iura communia, ad quæstiones, sed ex indicijs: unde si preter famam es-
44 set aliquod indicium contra accusatum, ut puta dictum unius testis, quod quidem facit indicium. ut. ff. de dote prelegata. l. Theopompus. si enim duo faciūt
45 plenam probationem, ergo unus semiplenam. Nā ius quod obseruatur in toto quo ad totū. obseruatur in parte quo ad partem. ut. ff. de rei uendi. l. quæ de tota. ff. de us. qui scit, uel si constaret accusatum esse inimicum accusatoris, illa inimicitia induceret indicium, siue adminiculum maleficij ab eo commissi.
46 Nam de inimico lex præsumit omne malum. ut col
47 ligitur. ff. de quæstio. l. j. §. praeterea. Et ideo non cogitur accusator legationem assumere ad amicum accusati, quasi amicus accusati incipiat esse inimicus accusatoris, ut. ff. de legationibus. l. sciendum. §. si
48 accusatio. & eadem ratione repellitur inimicus aliquando à testimonio perhibendo, contra inimicum, uel si recipiatur est falsum ius opponendi. contra dictum ipsius, ratione inimicitiæ. ut in auc. de testi. §.
49 si uerò, & ad hoc d. l. iij. ff. de testi. in prin. Idem si se iactasset accusatus de maleficio committendo, nā talis iactatio inducit indicium, quòd maleficium postea commisit. si talis sit persona quæ ueròsimile sit, quod tale maleficium perpetret. argu. C. quod met. ca. l.
50 metum. & ff. quib. ex cau. maior. l. ij. & iij. Idem si uisus fuisset accusatus fugere de loco maleficij, tem pore

pore maleficij commissi, nam fuga ipsius faceret indi-
51 cium. Nam dicit lex. ꝙ fuga accusat fugientem. ut in auc. de exhiben. & introducen. reis. § si uerò, cū quidam. Idem si aliàs maleficiū perpetrasset in personam illius qui nunc dicitur offensus uel etiam alte-
52 rius. quia qui semel fuit malus. & nunc presumitur malus. ut. ff. de accusatio. l. si cui. § ijsdem. Idem si aliud foret indicium. quod quilibet curiosus lector poterit de facili perpendere, secundum facti uarietatem, tunc in omnibus supradictis casib. existente alio indicio preter famam probatam ad tormenta pos-
53 set procedi. non aliter. Est enim à iudicibus ualdè considerandum, quàm maturè & ponderosè loquitur lex. dum dicit de indicijs ex quibus proceditur ad
54 tormenta. Et ideo dixi secundum iura communia siue Romana. ꝙ quando lex municipalis determinat, quando sit ad tormenta procedendum. per potestatem uel iudicem secundum illam legem municipalem est procedendum, & non aliter: Nam ciuitas Bononiensis habet legem municipalem. quòd nullus ponatur ad tormenta, nisi in certis casibus terminatis in ea: & subijcitur in eadem lege municipali ꝙ in dictis casibus possit quis ad tormenta poni. si contra accusatum sint uiolentæ præsumptiones, de quibus
55 uiolentis presumptionibus infra dicam. Et ideo dixi secundū iura communia siue Romana. quia quando potestas habet arbitrium, etiam si non essent indicia plura, sed unum tantùm posset ad tormenta pro-
56 cedere, quia dare arbitrium potestati, nihil aliud

est, quàm dicere, quòd bona fide procedat, ut sibi placuerit. & ut sua conscientia sibi dictauerit, nam arbitrium supradictum potestati siue iudici dat largas habenas: te hoc uult arbitrij interpretatio. Itē qd possit facere potestas siue iudex ex tali arbitrio sibi dato, potiùs capitur ex consuetudine terrarum, quàm
57 ex iure. Nam pro lege omnia debent potestates & iudices facere secundum legem, & ideo dicit Imperator omnia secundum legem agi uolentes &c. ut in auc. in medio litis non fieri sacras fun. in prin. unde cum datur arbitrium potestati, non dicat quis ad boni uiri arbitrium, reducendum, arbitrium potestatis, uel condemnationem ab eo factam, aliud enim est priuatos compromittere in arbitratores: quo casu ipsius arbitrium reduci debet ad arbitrium boni uiri. ut. ff. pro soc. l. si societatem mecum, cum quatuor seq. legibus. aliud est per legem municipalem uel reformationem populi, siue decurionum dari arbitrium potestati, quo casu per arbitrium, habet potestas quod dixi.
58 Caueant tamen sibi potestates & iudices. ne prætextu arbitrij procedāt ad tormenta sine aliquo indicio. quia saltem unum debet habere indicium, per quod moueatur animus ipsorum, ꝙ accusatus sit culpabilis maleficij de quo accusatur. Item licet in procedendo & in maleficio cognoscendo, possint obtinere ordinem & solennitatem iuris ex consuetudinaria & communi interpretatione arbitrij, non tamen prorsus possunt uel debent obmittere: Item & cum ad sententiam peruenerint caueant ne ratione arbitrij

trij condemnent ex sola cõscientia,uel ex sola fama, uel ex dicto unius testis. sed si inueniant probatum maleficium, tunc condemnent. Idem si non sit omnino plenè probatum,sed si ad probationem plenam ad modicum deficiat.fortè ratione testium. qui non sint omni exceptione maiores.nam tunc condemnent securè per arbitrium quod habent,si tamen eorum con
59 scientia & animus cũ probatione concurrit. Tenetur enim potestas qui habet arbitrium de dolo & lata culpa iudicio meo,sicut depositarius,ut.ff. depo
60 siti.l.quod Nerua. Sed quid si maleficium est probatum per unum testem omni exceptione maiorem, item per famam & uocem publicam.nunquid poterit condemnare potestas. respondeo quòd non.secundum iura Romana & communia. nam probata fama habet confirmare probata.ut.d.§.aliàs numerus. & sic non habet probare,ex arbitrio tamen quod habet potestas benè poterit condemnare. & bona fide uidetur procedere si condemnet,nec propter hoc intelligo plenè probatum. quia famam non puto facere
61 dimidiam probationis plenę. Ex eo ꝙ officium famæ uidetur tantum esse in confirmando probata. ut d.§.aliàs numerus. patet igitur ex prędictis probationem famæ,& in pecuniarijs,siue ciuilibus quęstionibus,& in criminalibus sibi uendicare locum. & hoc manifestè probat dictus.§.aliàs numerus. ubi fit mentio de fama consentiente. Nam illa lex loquitur in multis locis in criminalibus. item in fine loquitur in ciuilibus.Item.l.j.dicti tituli loquitur in utrisque.

62 *Viso de fama, sequitur de indicijs. Primo quid sit indicium. Secundo unde dicatur. Tertio ex quibus indicium habeatur. Quarto quis sit effectus indicij. Et quidem indicium aliquando ponitur, pro demonstratione quam homo homini facit. sicut est quando mercede tibi data mihi indicas, idest demonstras furem: rerum mearum; uel fugitiuum meum. ut. ff. de praescrip. uerb. l. solent. Item aliquando dicuntur indicia, plena probatio testium, sic accipiuntur indicia. C. de rei uend. l. indicia. Sed de illis indicijs non curamus. Aliquando dicitur indicium signum alicuius maleficij commissi, uel alterius rei de qua agitur. ut colligitur ex legibus tractantibus de indicio, uel indicijs, quę supra allegantur.*

63 *Sequitur uidere, unde dicatur indicium. & dicitur ab indico. sicut probatur in. d. l. solent.*

64 *Ex quibus indicium habeatur. certè ex ijs quae notaui in pręcedentibus notando de indicio. quod debet esse cum fama, ut fama probata posset ad tormenta procedi.*

65 *Quis sit effectus indicij, & certè ipsius effectus est. ut moueat animum iudicis ad credẽdum accusatum de maleficio, commisisse maleficium. & si plura sint indicia. propter illa poterit accusatus torqueri. ut dicunt dictae leges allegatae. quae de indicijs tractant, ista uerò indicia aut sunt ad probationem indubitata aut sunt dubitata. primo casu quando sunt ad probationem indubitata, tunc ex ijs proceditur ad sententiam condemnatoriam. secundo casu non. sed mouent*

animum

animum iudicis &c.ut supra dixi. Sed ubi erit exēplum de indicijs indubitatis. Certè exempli gratia
66 *solet ita dici est camera habens unum aditum & exitum, & non plures. de dicta camera exijt siue egreditur aliquis palidus, cum gladio sanguinolento in manibus, statim post eius exitum inuenitur in dicta camera homo occisus cum gladio, ista certè sunt indicia ad probationem maleficij indubitati, sic de-*
67 *bet intelligi.l.sciant.C.de prob. Nam palliditas, siue trepidatio est unum indicium contra ipsum, arg. ff.de quæstio.l.de minore.§.pen. Delatio gladij est a-*
68 *liud indicium. Nam de portãtibus arma lex præsumit omne malum, ut colligitur & no.in auc.de armis in pluribus locis.&.C.ut armorum usus &c.l.j.*
69 *Item ꝙ gladius erat sanguinolentus, & ex qualitate facti capitur coniectura.ff.de don.inter uir. & uxor.l.utrum, cum simil.raro tamen inueniuntur talia indicia. Vnde subijciamus aliud exemplum de indicijs ad probationem indubitatis, quę de facto pos-*
70 *sent uenire. Ecce occiditur Titius in aliqua uinea uel fundo, accusatus est Seius, ꝙ dictum Titium interfecit, nulli testes deponunt, ꝙ Seius occiderit eum sed probatur hoc, uidelicet quòd Seius erat inimicus*
71 *Titij. Item dicunt testes ꝙ uiderunt Seium adme*
72 *nantem cum gladio cõtra Titium. Item probatur per testes ꝙ Seius fugit tempore dicti maleficij, de loco in quo fuit commissum dictum maleficium.*
73 *Item probatur uox & fama ꝙ dictus Seius occiderit istum Titium, certè omnia ista iuncta simul, &*

si singula pro se non sufficiant, uel duo ex eis. quę tamen sunt quatuor, quorum quilibet indicat dictũ Seium prędictum maleficium commisisse: bene probãt dictum Seium occidisse dictum Titium. sic intelligo d.l. sciant, & d.§. alias numerus in fin. & ibi no.

74 Ecce aliud exemplum, accusatur aliquis putà Seius. ꝙ Titium fecit occidi. non sunt testes qui hoc dicant, sed probatur hoc contra Seium. uidelicet ꝙ erat inimicus Titij: Item ꝙ dictus Seius tempore maleficij perpetrati, erat proppè locum maleficij. Item ꝙ dictus Seius perpetrato homicidio, receptauit homicidam: Item ꝙ homicida erat domesticus & familiaris Seij: Item quòd fama publica est. ꝙ Seius fecit Titium occidi: Item ꝙ Seius iactabat se, quòd faceret dictum Titium occidi. & est homo de quo uerosimile sit, ꝙ hoc faceret, & hoc facere posset. Item ꝙ olim aliquę offensiones factæ fuerunt inter prædictos Titium & Seium, ista certè satis uidentur facere indicia indubitata. ꝙ ille Seius fecerit occidi prędictum Titium. & sic possunt intelligi prædictæ concordantiæ.

75 Sequitur uidere de argumento & pręsumptione, prędicta uero duo dicuntur idẽ quod indicia, ex quibus proceditur ad tormenta. vnde argumenta dicuntur indicia. sicut colligitur. C. de fals. ubi in princ. & d.l. milites, uer. oportet, ibi sed argumentis &c. & d.

76 l. unius. §. in ea. Item pręsumptio & suspicio, sunt

77 idem. & sunt sicut indicium. Ex præsumptione uerò, uel suspicione quis damnandus non est. ut. ff. de pæn.

pœn.l.absentē, in prin.& .ff.de mino.l.iij. circa prin ci.§.sed si ei probaretur.Fallit tamen.C.de adulter.l. si adulteri,& in auc.ut lic.matri & auiæ.§.is illud, Præsumptionum aūt multa sunt genera, quæ nō pro sequor,quia no.ff.quod met.cau.l.nō est uerosimile,
78 & quod dixi præsumptionē et suspitionē esse idē,in telligo de prę sumptione & suspicione, quā habet iudex contra accusatum,et de tali præsumptione loquitur lex.ff.de pœn.l.absentem.& ibi dixit gl.not.quē ex suspitione non damnari.& ita sentit ꝙ suspicio sit prę sumptio:item de tali suspicione loquitur lex.ff.de qō.l.j.circa prin.ibi cum suspectū.&c.&.§.j.ibi à suspectissimo,&c.&.§.Diui fratres,&.ff.de condi. insti.l.quidā.ij.dicto.Est aūt hominis suspicio de qua loquitur.ff.de acq.poss.l.j.&.l.clā possidere in prin. ff.de condi.cau.da.l.cū seruus, quæ quidem hominis suspicio non est aliud indiciū.de quo supra no.scio tamen ꝙ Italici utuntur hoc uocabulo, quia dicunt ꝙ est præsumptio uiolenta. vnde dicit lex municipalis Bononiæ ꝙ nullus ponatur ad torculum siue tormentum nisi in certis casib. in quib.potest quis poni,uidelicet si sint contra eum præsumptiones uiolentæ.
79 Quæ ergo dicantur uiolentæ præsumptiones,respōdeo magna indicia,quæ sunt minus indicijs indubitatis,& plus indicijs simplicibus,ex quibus proceditur ad tormenta,ut dictum unius testis cum fama publica,uel dicimus præsumptiones uiolentas indicia, ex quibus proceditur ad tormenta. Nam & illa dicuntur manifesta argumenta. FINIS.

TRACTATVS DE BRACHIO
seu auxilio implorando per iudicem ecclesiasticum à iudice seculari uel è contra per D. Martinum de Fano. V. I. D. editus. nunc primum in lucem missus, incipit.

SVMMARIA.

1 *Iudex quis possit implorare auxilium brachij secularis.*

2 *Auxilium brachij secularis quando peti possit.*

3 *Iudex delegatus quare non potest huiusmodi auxilium inuocare, si non continetur in mandato.*

4 *Iurisdictio delegata non porrigitur ad res & personas in rescripto non contentas.*

5 *Intellectus. c. j. & c. quoniam, ad fin. extra de offic. iudi. ordina.*

6 *Mandati fines non sunt excedendi.*

7 *Clausula contradictores & rebelles per censuram ecclesiasticam compellendo, siue compescendo, in rescripto delegati apposita. quid importet. & numero. 11.*

8 *Iudex an possit ex suo arbitrio, imponere pœnam à iure non expressam.*

9 *Iudex non potest pœnam à iure statutam mutare, etiam per dispensationem.*

10 *Facti quęstio non iuris, est in iudicis potestate.*

Clausula

12 Clausula si preces ueritate nitantur subintelligitur & est de substantia cuiuslibet rescripti, licet non sit in rescripto apposita.

13 Rescriptum impetratum per mendacium est ipso iure nullum, etiam si sit legibus consentaneum.

14 Cui iurisdictio data est, ea concessa uidentur sine quibus iurisdictio explicari non potest.

15 Causa commissa intelligitur commissa quo ad plenariam potestatem.

16 Intellectus.c. præterea de officio delegati.

17 Iudex secularis an ita petere possit brachium iudicis ecclesiastici, sicut ecclesiasticus secularis.

18 Sacerdotium & Imperium ab eodem principio descenderunt.

19 Papa præest in spiritualibus & diuinis, Imperator uerò secularibus & humanis.

20 Imperium Romanum quatenus extendatur.

21 Iudex secularis quando & qualiter impetrat brachium ecclesiasticum.

22 Iudex secularis an & quando habeat iurisdictionē in personas ecclesiasticas & res pias.

IN CHRISTI nomine amē. Quia sępe contingit, ꝙ ecclesia siue ecclesiastica persona implorat auxilium brachij iudicis secularis. & an sit semper, uel interdū, & quando præstandum, probabiliter etiam à peritis dubitatur. Ideo proposui hanc

materiam perscrutari & nil de contingentibus omittendo declarare.

1 Sciendum est igitur ꝙ iudex qui implorat auxiliũ huiusmodi brachij secularis, aut est ordinarius, & tunc potest postulare, cùm sibi opus fuerit, ut ex inferioribus apparebit: si uerò est delegatus subdistingue, quia aut continetur in literis suæ commissionis seu delegationis sibi factæ, ut inuocare possit brachium seculare aut non. & è contra, etiam si delegatus sit, poterit inuocare, si uero non continetur non poterit implorare, prout constabit apertè ex infra dicendis.

2 Quando autem sit opus uel necesse huiusmodi auxilium inuocare? dic ꝙ intelligitur opus esse siue necesse, ubi illa persona contra quam postulatur impendi, fuerit in eo statu ꝙ incorrigibilis censeatur, in tanto excessu, in tantaq; contumacia, ꝙ contra ipsam personam tanquam in profundum malorum deductam, non habeat ecclesia ultra quid facere, ut extra de iudi. c. cùm non ab homine, cum concordãt. ibi positis. & cum concordanti. notatis super illa litera per modum no. & c. super gl. quæ incip. nota qualiter in criminibus &c. & sic dici potest ꝙ ubicunque deficit potentia ecclesiæ, uel non potest contra suos rebelles, recurrendum est ad iudicem secularem. et ad hoc extra de offi. iudi. ordinar. c. quoniam plerisque. & xvij. dist. c. non licuit. & xxiij. q. v. c. Princeps. xj. q. j. c. si quis sacerdotium, & c. petimus. & extra de hæret. c. excommunicamus. Aliàs nisi persona ecclesiastica sit incorrigibilis non imploratur auxilium

brachij

brachij secularis, nisi in unico casu specialissimo. scilicet falsitatis commissæ in literis Papæ ut extra de crimine falsi.c.ad falsariorum.in prin. Relinquitur enim in omnibus alijs casibus generale ut non imploretur.ut.c.dist.c.contra morem. Quòd autem dele
3 gatus non possit huiusmodi brachiũ implorare si non continetur expresse in rescripto, probatur multiplici
4 ratione: una & prima hæc est. quia rescripta sunt personalia. & stricti iuris, & per consequens ad personas & res alias in rescripto non contentas non extenditur iurisdictio delegati. ut extra de offi. & potesta.iudi.delega.c.P.& G.& est optimum simile et ualidum argumentum de rescripto ꝙ sit stricti iuris. ad illud quod est de compromisso cautũ, quod est stricti iuris, per id quod dicitur.ff.de arb.l.si cum dies.§. plenum,& l.non distinguemus.§.de offi.& extra eo. tit.c.cum dilectus. & ideo non succedit hæres illius qui compromisit, nisi de hærede fuerit facta mentio. ff.de arbi.l.diem proferre.§.j.ibi, si hæredis mentio, & est optimum argumentum.l.quidquid. quia promissor non tenetur ad id quod fuit omissum. quia stipulatio est stricti iuris.& ideo ad omissum non trahitur & nõ refertur.Cum ergo iudex secularis seu brachium seculare non contineatur in rescripto delegati, siue misso ad delegatum, de cuius sententia executioni mandata tractatur, uel de cuius præcepto exequẽdo, quare non potest eius executio sic extendi ad id.
5 Nec obstat quod dicitur extra de offic.ordi.c.j.& c.quoniam, ad fi. quia illa capitula loquuntur siue

intelliguntur in iudice ordinario. ut colligitur ibi in rub.& tex. Et sic eadem ratione non obstant Canones antiqui in gl.ordinaria ibidem inducti . & maximè quia in literis Apostolicis inseritur & consueuit apponi,scilicet inuocato ad hoc si opus fuerit brachio seculari:quod quidem non fit sine causa rationabili, seu rationis ministerio: quasi non insit ipso iure in literis hoc beneficium siue auxilium : & sic clausula talis adiecta,aliquid operatur & operari debet . ut l.si quando.ff.de le.j.& ad Municipal.l.iij.cum similibus. aliàs si nihil operaretur frustra adijceretur .

6 Secunda ratio est. quia fines mandati sunt diligenter custodiendi & non excedendi.ut.ff.mand.l. diligenter.& extra de rescrip.c.cum dilecti.& c. uenerabilis.extra de offi.& potesta.iudi.delega. & .iij.q. vij.c.in grauibus. vnde cum iste delegatus non habeat ex delegatione sibi facta quòd possit inuocare auxilium brachij secularis. illud non poterit impetrare.Nam si id uoluisset delegans, leue fuisset sibi hoc dicere,ut.c.de cadu.tollen.§.sinautem. & extra de deci.c.ad deficientis, sed hoc falso posito quod ex ui delegationis in qua non fit mentio de inuocatione auxilij, ualeat inuocare, si forte potest intelligi de iure uidelicet ut ad id quod sit facti meri extendatur . scilicet ne uiolentia inferratur , non autem ad id quod sit iuris seu iurisdictionis,sicut est defendere in possessione,& exequi sententiam sui proximam,seu beneficij collationem factam cum tali cui hoc mandatur etiam si sit clericus non habeat,multominus si sit

laicus

laicus. ut probatur extra de iudi.c.ij.iij.&.iiij.
7 Tertia ratio est, quia in literis quasi omnibus apponitur clausula. Contradictores & rebelles, nisi per censuram ecclesiasticam compellendo siue compescendo. quæ clausula continet tres articulos solummodo, idest excommunicationem, suspensionem, & iurisdictionem, & eam pœnam quam iudex delegatus de prędictis tribus uideat expedire inferat & imponat.
8 ut extra de uerbo.signi.c. conquerenti. vndè iudex ipse delegatus non habet nec potest compescere contradictores & rebelles, nisi per censuram ecclesiasticam, quæ clausula continet supradicta tria, & non ius inuocandi brachium seculare: meritò igitur non potest per se ipsum inuocare. Si enim non esset pœna apposita in lege uel canone, potest iudex pœnam indicere ex suo arbitrio.arg.ff.de iure deliber.l. j. in fi.& extra de offi.deleg.c.de causis, in fine. Si autem sit expressa in canone uel rescripto, pur per censuram ecclesiasticam. Tunc iudex debet esse contentus ea. Ad hoc fac lex optima.ff.de uerbo.oblig.l.stipulatio
9 ista, nec potest iudex mutare illam pœnam, etiã per dispensationem.ut extra de offi.deleg.c.de causis. &
10 iij.q.iiij.§.notandum, & ut etiam alibi dicitur, factio quæstio.non iuris, est in iudicis potestate.ut.ff.ad Municipal.l.ordine, & de ferijs.l.j. primo responso, ibi nec enim prætoris factum, iuri oportet derogari.
11 Quarta ratio est, quia etiam si in rescripto non sit illa clausula contradictores, & rebelles &c. tamen delegans non intelligitur uoluisse: immo potius pro-

hibuisse delegatum posse inuocare brachium seculare: hoc ipso & eo solo quod omittit ponere in rescripto: quia ita demum uidetur per ius canonicum posse inuocare brachium seculare, si hoc uellit superior qui delegat, & ob id semper Dominus Papa. cum executionem super beneficijs & beneficiorum collationem alicui committit, ponit illam clausulam, inuocato si opus fuerit brachio seculari &c. Item est illud speciale quòd id de inuocatione brachij secularis, in magnis & arduis causis. & maximè quando timetur scandalum, & imminet grande periculum, concordatur & inseritur in literis & rescriptis. Ad hoc faciunt & sunt argumenta .ij.q.iij.c. uicaria, ubi de tertio. & extra de transla. prælato. c. inter corporalia, ultra medium capituli. undè si circa translationem id fieri uoluisset, quod de concessione dixerat, et de translatione poterat expreßè dixisse, & quod non est &c. Ad idem facit. C. de cad. tollen. l. j. §. pen.

12 *Sed posset quis opponere de quadam clausula, si preces ueritate nitantur. quæ frequenter in literis apponitur. & apponi consueuit, & nihilominus subintelligitur si non sit inserta. tamen delegans non intelligitur uoluisse, immo etiam prohibuisse: Ad quod facit ualdè nouissima constitutio. Inno. iiij. posita sub tit. de iudici. c. inter ambiguum. & .xxv.q.ij.c. rescripta, & de rescrip. c. ij. ubi de hoc. & sic uideretur dicendum, & dici posse de illa clausula, inuocato &c. sed certe non est ita. Est enim uerum quod illa clausula, si preces ueritate nitantur. est de substantia cuiuslibet*

bet rescripti, & ipso iure semper inest tacitè in rescri
13 pto. quod sic probatur. quodlibet rescriptum impetratum per mendacium, est ipso iure nullum. etiam si sit legibus consentaneum. ad hoc. c. si contra ius uel utilit. publi. l. præscriptione, & l. puniri, & l. & si non cognitio. & l. & si legibus. quod quidem non dicitur, nec est in illa clausula inuocato ad hoc brachio seculari. prout supra uarijs rationibus & pluribus iuribus conuincitur & probatur.

Sed ad hoc oppono & fortius. est enim cautum tam
14 de iure canonico quàm ciuili, ꝙ cui iurisdictio data est. & ea omnia concessa uidentur sine quibus iurisdictio explicari non potest. ut. ff. de iurisd. om. iudi.
15 l. ij. & ex eo ꝙ alicui causam committit, recipienti, super omnibus quæ ad causam ipsam spectare noscuntur quo ad plenariam potestatem. extra de offi. deleg. c. præterea. cum alijs multis concordantibus ibidem positis & notatis. ergo cum delegatus non potest exequi, quæ sunt sibi per delegantem commissa, multo fortius non poterit inuocare brachium seculare: cum iurisdictionem suam siue sibi commissam nequeat explicare: & ad causam ipsam spectare uideatur talis inuocatio brachij secularis.

16 Ad hanc oppo. sic respondetur. Dicitur enim ꝙ illa Decretalis præterea, intelligitur & loquitur de hijs quæ sunt substantialia tam iurisdictionis datæ, quàm cognitionis faciendæ inter partes. scilicet in partibus uenire ad iudicium compellēdis. & in alijs substantialibus faciendis. faciendo partes responde-

re, & contumaces cogere auctoritate delegantis, & in alijs, quæ circa iudicij examen fieri exiguntur, & si diligenter inspiciantur uerba dictæ Decretalis, prætereà hoc sentit. & ibi in gl. no. per ea igitur quæ supra dicta & allegata sunt colligitur & probatur, & rationabiliter, & apertè, quòd delegatus non debet nec potest inuocare auxilium brachij secularis nisi in delegationis literis uel rescripto contineatur. quòd illud ualeat implorare, non obstantibus hijs quæ supra in contrarium allegata sunt.

Hæc quidem omnia quæ scripta sunt habent locum quando iudex ecclesiasticus, uel ecclesiastica perso-
17 na implorat auxilium publicum & seculare, uerum quia & è conuerso, iudex laicus indiget auxilio & brachio ecclesię & iudicis ecclesiastici, et illud inuocat quandoque contra personas ecclesiasticas cùm est opus. Iccirco uolo huiusmodi materiam de inuocatione brachij secularis inchoatam perficere, quia non uidetur aliquid actum &c. C. ad Syll. l. fi.

18 Sciendum est igitur quòd ab eodem principio processerunt sacerdotium & Imperium à diuina Clementia. Illud quidem Dominus ministrans. scilicet sacerdotium, hoc autem humanis præsidens scilicet Imperium, ac diligentiam exhibens. ex uno eodemq; principio. utraque præcedentia humanam uitam exor-
19 nat: sunt igitur istorum duorum Principum cœtus diuisi, & officia discreta & iurisdictiones atque dignitates eorum distinctæ. Et summus Pontifex prę est & est dominus in spiritualibus & diuinis, & Imperator

perator præest singularibus & humanis, prout supra proxime dicitur, & probatur .x. dist.c.quoniam idẽ. & .xcvij.dist.c.cum ad uerum. Restat ergo probabiliter dici posse, quòd iudex laicus possit cùm opus fuerit iudicis ecclesiastici & ecclesiæ auxilium inuocare. Pari & simili ratione, uel etiam eadem qua ecclesia & iudex ecclesiasticus implorat & inuocat à iudice seculari: iuxta id quod dici potest ecclesię ac iudici ecclesiastico, patere legem quam tu ipse tuleris. & tu ipse iudex approbas postulando auxilium seculare. Ad quod ualdè facit.l.ratas, in fin.C.de rescinuendi. ubi dicitur. ut eadem lege cõueniamini, quam uobis tribui postulatis. Ad idem facit quod scribitur quod quisq; iuris &c.in rubro & nigro.& maximè in.l.j.quæ dicit quod hoc edictũ summã habet æquitatem, & sine alicuius aspernatione, iuxta illud quis enim aspernabitur &c. quasi dicat nullus, uel debet aspernari aliquis, uel etiam indignari: Ad hoc etiam facit optimè uerba Matthæi. ut in.c.j.corporis & uoluminis Decretorum, quæ incipiunt humanum genus &c.sic dicentis, omnia quęcunq; uultis ut faciant uobis homines. ita & uos faciatis eisdem. hoc enim pręcipit & mandat Christus, qui est Rex regũ & dominus dominantium. cuius uitam sequi debent ministri & ambo mundi principes supradicti. Concordat etiã quod legitur in lege Lombarda episcopi.c. Comites sibi inuicem auxilium præstent in rubr.& i.l.j. uolumus ut episcopi & Comites cõcordiã inter se habeant: qua lex fuit Imperatoris Guidonis.

20 Preterea facit optimè id quod ipse Imperator asse rit se tantum habere iurisdictionem & imperiũ ubi Christiana fides tenetur. ut. l. generaliter in fin. C. de episco. & cleri. ubi colligitur quòd Romanum Impe rium in tantum protenditur, in quantum Christiani tas extenditur, facit l. cunctos populos, in prin. C. de sum. Tri. & fide Catholi. De hac autem unitate quæ debet inter istos esse, facit in auc. quomo. oporte. epi scop. circa princi.

21 Vnum tamen addo ad declarationem quòd quan do dubitaretur in quibus casibus possit iudex secula ris impetrare brachium ecclesiasticum. dico quòd si clericus uel persona ecclesiastica conueniat laicum sub iudice seculari. & laicus conuentus reconueniat personam agentem, cum missus sit in possessionem ad uersarij, si iudex secularis uolit executioni mandare sententiam possessoriam: & persona ecclesiastica sit inobediens, & resistat. tunc iudex secularis potest ec clesię seu iudicis ecclesiastici auxilium implorare: dummodo iudex secularis fecerit contra clericũ uel personam ecclesiasticam quidquid potuit de iure tã in personam quàm in res, ita quòd nihil habeat face re: ad exemplum iudicis ecclesiastici qui desiderat brachium seculare. ut in. c. cum non ab homine, ex tra de iudici. & ibi hæc materia latè explicatur.

22 Et in istis reconuentionibus iudices seculares ha bent iurisdictiones in personas ecclesiasticas. ut in au cten. & consequenter. C. de senten. & interlocutio. omni. iudi. & c. ex literis, extra de mutu. peti. & c.

prudentiam

prudentiam.iij.q.xiiij. Habent etiam in alijs de iure ciuili, scilicet in hijs quae pertinent ad instructionem pontium & uiarum, & in tributis Imperialibus, & in oneribus patrimonialibus. ut. l. ad instructionem. c. de sacrosanct. eccle. & l. sacrosancta. & l. de hijs. c. de episco. & cler. & ibi plene de hac materia tractatur.

Finis tractatus de brachio seu auxilio implorando. editus per D. Martinum de Fano.

D. ANGELI DE VBALDIS Senioris. V. I. D. solennis repetitio in l. si uacantia. c. de bonis uacantibus. Lib. x.

Continens inquisitionis tractatum amplissimum ad communem utilitatem nunc primum edita.

SVMMARIA.

1 Titulus de bonis uacantibus, quomodo differat à titulo de iure fisci.

2 Casus figuratio.

3 Bona uacantia fisco pertinent. & nu. 54.

4 Consules uillarum officium iurare debent.

5 Nuncius iuratus esse debet. & ei creditur in spectantibus ad eius officium.

6 Actor qua cautela uti debeat, ut nuncio citanti credatur.
7 Intellectus ad l. sed si interpellatur. §. j. ff. de arbi. & ad. §. si uerò etiam in auctent. de exhibend. reis colla. v.
8 Nuncio sine literis creditur, in ijs quę sunt modici praeiudicij.
9 Executor, nuncius, & inuestigator quomodo iurare debeant.
10 Intellectus ad gl. in l. iurisiurandi. C. de testi. & l. j. de uentre inspicien.
11 Non creditur alicui sine iuramento, licet statuto aliter caueatur.
12 Accusatori cui ex statuti forma creditur, sine iuramento non est credendum.
13 Medicus de uulnere, uel muliere prægnante, de credulitate deponit.
14 Doctor approbans discipulum ad Doctoratum, debet de ueritate deponere.
15 Quando ad officium extraordinarium quis est deputandus, ad fisci fauorem, duo saltem sunt constituendi.
16 Vox unius uox nullius.
17 Eligendorum numerus potest de partium uoluntate remitti.
18 Potestates qui miserũt duos ambasciatores, quibus imputatur negocia malè gesisse, in syndicatu excusantur.
19 Pręses prouincię tenetur inquirere de patrimonio

spectante ad fiscum. & nu. 57.
20 In causa pecuniaria quando procedatur per inquisitionem, & ad tormenta. & nu. 21.
21 Episcopi possunt inquirere contra tenentes bona, inter pauperes Christi diuidenda.
22 Inquisitio presente patrono fisci formari debet.
23 Iniuriam passus citatur in inquisitione, aliàs sententia nulla est.
24 Consuetudo optima legum interpres, & nu. 94.
25 Accusatus absolutus non potest iterum de eodem crimine accusari.
26 Proclama generale est faciendum, antequàm patrimonium tanquam uacans occupetur.
27 Citatio per generale proclama fieri pôt. & nu. 68.
28 Possessionem esse uacantem & à nemine poßideri quomodo constet. & nu. 69.
29 Probatio ꝙ quis non sit in ciuitate quomodo fiat.
30 Sententię executio qualiter in bonis fieri debeat.
31 Cōstare quomodo possit debitorem bona nō habere.
32 Terminus certæ personę potest statui infra quem agat.
33 Terminus ad agendum quando per citationem generalem prefigi sufficiat.
34 Bona damnatorum in inuentario sunt describenda.
35 Tutores & curatores an inuentarium facere teneantur.
36 Curator ad lites an inuentarium facere debeat. & nu. 37.
37 Angeli noua opinio.

38 Bonorum uacantium possessio nō queritur fisco nisi facta incorporatione: & nu.70.

39 Sententia & eius executio an ex generali inquisitione sequi possit in ciuili uel criminali.

40 Limitatio ad.l. congruit.ff.de offi.præsi. ad.l.iiij.§. mandato.ff.ad.l.Iuli.pecu.

41 Libellus generalis cui opponitur procedit in ciuilibus.

42 Libellus generalis non admittitur in criminalibus, sed locum, tempus & personas continere debet.

43 Inquisitio loco accusationis succedit.

44 Iudex generaliter de consuetdine inquirens constituit tutorem.

45 Res quomodo incorporātur in fiscum uel ecclesiā.

46 Prelatus rem ecclesie sine certa solennitate alienare non potest.

47 Res cosueta dari in feudum uel emphyteusim, sine certa solennitate potest concedi.

48 Res emphyteutica quæ in ecclesiam incidit, & per annum retenta fuit an dicatur de mensa effectā. ita quòd sine certa solennitate non possit concedi.

49 Syndici uillarum ocultantes maleficia, arbitraria pena puniuntur.

50 Denuntiantes innocentem tanquam nocentem, qualiter puniendi.

51 Negligentes in officio quomodo plectantur.

52 Assessores negligentes qualiter puniendi.

53 Aduocati negligentes uel fraudolentes in sui clientuli præiudicium qualiter teneantur.

Bona

54 *Bona uacantia occupanti conceduntur.*

55 *Habens pro derelicto donat occupanti.*

56 *Fiscus per quos à successione bonorum uacantinm excludatur.*

57 *Procurator Cęsaris & iudex utrum teneantur inquirere an bona uacantia ad fiscum pertineant.*

58 *Comes rerum priuatarum procurator Cæsaris est.*

59 *Intellectus Bar. ad hanc legem.*

60 *Insinuatio testamentorum & donationum uni iudici specialiter concessa, an illo deficiente poßit coram alijs fieri. & nu. 61. 62. & 63.*

61 *Intellectus. l. ubi absunt, de tutori. & curato. dat. ab ijs.*

62 *Potestas specialis uni demandata cognoscẽdi de aliquo, omnibus paribus & minoribus illo, non autẽ maioribus denegata intelligitur. & nũ. 63.*

Intellectus. l. pretor. ff. de iudici. & l. consulta diualia. ff. de testa. & l. repetita. C. de episco. & cleri.

64 *Iudex maleficiorum cognoscit de causis ciuilibus, uacante iudice causarum ciuilium.*

65 *Citatio à non suo iudice facta uacante ordinario, interrumpit præscriptionem.*

66 *Testamentum per notarium non matriculatũ tempore pestis scriptum, ualet.*

67 *Tabellionis mortui rogationes possunt per alium notarium compleri.*

Notarius an tabellionis absentis rogationes complere possit.

68 *Iudicium ubi dirigitur contra certam personam, re*

82 Forma inquisitionis generalis quo ad personas, & specialis quo ad delicta & nu. 84.

83 Forma inquisitionis generalis quo ad delicta, et specialis quo ad personas.

85 Testes ĩ inquisitiõe generali an probent in speciali.

86 Inquisitio specialis quo ad delicta, & specialis quo ad personas qualiter formetur.

87 Forma debet præcedere inquisitionem.

88 Infamia procedente à non fide dignis, non est procedendum ad inquisitionem.

89 Aduocatus quomodo cautus esse debeat ad impugnandum testes diffamantes.

90 Locus & tempus quare in inquisitione ponitur.

91 Verbum dolosè, quid denotat in inquisitione.

92 Insultus quid sit.

93 Nemo sine accusatore puniri debet.

94 Lenocinium mariti per inquisitionem punitur.

95 Inquiri potest contra iniuriantem presbyteros uel eorum ministros in loco ecclesiastico.

96 Iudex inquirendo potest tutorẽ suspectum punire.

97 Procedi potest per inquisitionem contra producentem cartam falsam. & nu. 124.

98 Testis falsus punitur ex iudicis inquisitione.

99 Calumniator punitur per inquisitionem.

100 Et falsum quoq;.

101 Iudex super crimine notorio inquirit. & nu. 111.

102 Inquiri potest super omni crimine ex cõsuetudine.

103 Inquisitio permittitur contra omnem sacrilegum, raptorem, & plagiarium.

uato usuras restituat.

121 Inquiri potest in omnibus casibus principaliter utilitatem Reipublicæ respicientibus.

122 Vbicunque crimen est tale, quòd accusando aliqua iuris solennitas relaxatur, de eo crimine potest inquiri.

123 Mulier non accusat nisi suam uel suorum iniuriã prosequatur, & in crimine de suspecto.

124 Per inquisitionem procedi potest, ubicunque crimen committitur coram iudice, ita quòd offenditur pars & iudicis maiestas.

125 Crimen ubicunque est de atrocibus, fama publica præcedente à fide dignis de eo potest inquiri.

126 Crimina atrocia quæ sint.

127 Inquisitio in quibusdam casibus prohibita.

128 Delinquens extra territorium an puniri possit per officium uel inquisitionem.

129 Inquisitio ex quibus causis possit impugnari.

130 Iudices qui possint inquirere de delicto.

131 Iudex inquirens qua pœna punire debeat testem coram eo falsum deponentem.

132 Iudex causarum ciuilium utrum possit punire falsum testem.

133 Laicus an possit punire clericum coram se deponentem falsum.

134 Punitus pœna extraordinaria, utrũ pœna ordinaria puniri possit.

135 Auxilium extraordinarium nunq̃ tollit ordinarium, in eo quod est plus, nec unum ordinarium

tollit aliud.
136 Semel condemnatus et punitus, potest de eodem crimine condemnari & puniri ut pœna augeatur.
137 Accusatus & punitus de simplici uulnere, potest iterum de cicatrice accusari & puniri.
138 Iudex merum imperium non habens an possit testem coram eo falsum deponentem punire. donec eum habet in fortiam.
139 Iudex an possit punire testem qui coram eo falsum deposuit, lata sententia in causa principali per inquisitionem.
140 Arbiter an testem coram eo falsum deponentẽ punire possit.
141 Arbiter incidẽter cognoscit de causa restitutionis, quæ in eo compromissa non est. & nu. 146.
142 Appellatio non admittitur à sententia arbitri, nec ex ea oritur actio uel exceptio.
143 Arbiter nihil potest ultra illud quod est sibi in compromisso concessum.
144 Reconuentio non fit coram arbitro.
145 Arbitria ad instar iudiciorum redacta sunt, respectu eorum quæ cõpromissa sunt, & nõ quo ad alia.
147 Arbiter potest condemnare partes in expensis.
148 Habens merum imperium in quo est factum compromissum uoluntarium coram quo litigatum est, ut coram arbitro. qua pœna punire possit testem falsum coram eo deponentem.
149 Iudex cartularius in quem est prorogata iurisdictio, punire potest testem coram se falsum testimonium

nium deponentem,& partem coram eo utentē fal
so instrumento.
150 Iudex cartularius potest incidenter cognoscere, de
eo, de quo non potest principaliter.
151 Iudex delegatus punit falsum testem.
152 Iudex maior qui coram minori iudice dixit falsum
testimonium, an per eum puniri possit.
153 Testis iurisdictioni iudicis coram quo testificatur
se submittit.
154 Scholaris falsum deponens coram iudice, uti non
potest priuilegio Auc. habita. C. ne fili. pro pāt. nec
iurisdictionem indicis inquirentis declinare.
Auc. habita. non habet locum in criminali.
155 Iudices qui possint inquirere de causis merè pecu-
niarijs. & cinilibus.
156 Tutoris datio delegari potest.
157 Tutores et curatores per quos iudices dari debeāt.
158 Inquisitio à quo fienda sit contra tributorum exa
ctores.
159 Inquisitio de facultatibus subiectorum à quo fiat.
160 Ordinarij locorum, & eorum vicarij inquirunt cō
tra usurarios, ut usuras restituant.
161 Necessaria quæ sint ad substantiam inquisitionis.
162 Inquisitio à iudice incompetenti facta non tenet.
163 Iudex contra non suppositum iurisdictioni suæ in
quirere non potest.
164 Inquisitio procedere non potest, nisi pluries præce-
dat diffamatio à uiris prouidis & honestis.
165 Inquisitio sine magna diffamatione procedit, quā-

do fit ad remotionem prelatorum regularium.
166 Inquisitio formata presente reo tacente,& nō opponente se diffamatum non esse,ualet.
167 Inquisitionis solēnitas cōtra cōfessum nō requirit.
168 Confessus & non opponens defensionem substantialium, ex inquisitione carente substantialibus cōdemnari potest.
169 Inquisitio generalis potest fieri contra caput et mēbra alicuius ecclesię,alicuius ciuitatis,castri vel loci de delicto in genere,non seruatis solennitatibus.
170 Inquisitio formatur per Syndicatores contra potestates & capitaneos terrarum,non precedente fama publica uel clamosa insinuatione.
171 Quid ubi proceditur ad denunciam officialis.
172 Quid si inquisitio est facta ad commodum publicum,in causa mere ciuili & pecuniaria.
173 Diffamatio an requiratur in inquisitione criminis suspecti tutoris.
174 Quid ubi iudex inquirit ex mero officio.
175 Cautela Rectorum formantium talem inquisitionem, quòd ab eis peti nō possit copia diffamatiōis.
176 Iudex inquirens ex necessitate sui officij, vel ubi uertitur periculum animarum,potest absq; diffamatione procedere.
177 Diffamatio in quibus casibus precedere debeat inquisitionem in criminalibus.
178 Cautela aduocatorum pro impugnandis inquisitionibus.

Diffamatio

etiam

etiam permissum.

247 Actus ei fieri dicitur ad cuius utilitatẽ celebratur.

248 Effectus determinatę prouisionis est curandum nõ modus.

249 Idem effectus quando ex duobus procedit, unius prouisio alterum comprehendit.

250 In ijs quæ non possunt diuersa monstrari non potest ius contrarium statui.

251 Repugnantia non admittitur in ijs quæ sunt idem. uel loco eiusdem habentur.

252 Pactum & res iudicata paria sunt.

253 Res iudicata etiam in ciuili tollit omnem persecutionem criminis etiam criminalem.

254 Ius extingnens ius in una persona, extinguit & cõfundit in alia, quando personæ diuersæ idem ius committunt. ex eodem facto procedens.

255 Querela falsi post uigesimum annum denegatur perpetuò. sed potest de crimine inquiri. & uide numero. 256.

256 Intellectus ad glo. in. l. j. c. qui accusa. nõ pos. & c. de calum. l. j.

257 Damnatus ex inquisitione an sit infamis remissiuè.

258 Iudex inquirens an possit condemnare inquisitum ad restituendum damnum passo.

259 Expensæ in criminalibus non reficiuntur.

260 Intellectus. l. j. c. quando ciuil. actio præiudi. crimina.

LEx. SI VACANTIA. Hæc lex situata est in titulo. C. de bonis uacanti.lib.x. & in eius repetitiõe seruabo modũ diutius obseruatũ. Cõtinuatur vu. ad precedẽtia hoc modo. Dictũ est supra de iure fi-
1 sci in genere, sequitur uidere in specie, verũ quia ius fisci consistit in bonis vacantibus quæ defferuntur in fiscum, & incorporatione ipsorum bonorum, iccircò posita est rub. de bonis vacãtibus, & de incorporatione, Per hoc patet quòd differt hic titulus ab illo de iure fisci, nam differunt inter se ut genus & species, ille enim titulus generaliter tractat de iure fisci. hic specialiter hanc continuationem & hanc differentiã ponit Glos. si bene inspiciatur supra de iure fisci ĩ prin.

Diuiditur ĩ quatuor partes prĩcipales, Primò enim ponit factum scilicet cùm bona uacantia uel alio modo fisco delata erario prohibentur, Secundò dicit modum & ordinem obseruandum cum bona defferuntur in fiscum per alium, & tanq̃ ad fiscum pertinentia. Tertiò formam & ordines prædictos ostendit. Quartò punit executorem, presidem, & fisci patronum fraudem aliquam in predictis committentem, Secunda ibi, certi palatini. Tertia ibi, quæ forma. Quarta ibi, nam si quidem. In summa hoc dicit. Si quid ad fiscum pertinere dicatur solicitudine palatinorum transmissorum de Principis curia & iuramento ascriptorum preses inquirat, cuius & quantũ & quale sit patrimoniũ: & si ad fiscum pertinet, de eo, inuen-

eo,inuentarium fit,& Principi rescribitur,& committēs in hoc fraudem pœna hic inserta punitur.h.d.
2 Casus in terminis. Quidam detulit quædam bona in fiscum tanqnam uacantia,uel asserendo ad fiscum alio modo pertinere, queritur ergo quis modus & quę forma debeat obseruari ad hoc ut uideatur an bona delata uacent,uel ad fiscum ex aliqua causa ꝑtineant,Respondetur quòd debent eligi certi palatini de curia principis,qui palatini debent iurare de eorum officio diligenter & fideliter exercēdo,& sic astricti iureiurando ad prę̨sidem prouicię transmittuntur,quorum solicitudinem pręses prouincię debet inquirere prę̨sente aduocato fisci,cuius fuit patrimonium quod dicitur esse uacans,& quantum,& quale,& facere quoddā generale proclama si est aliquis qui dictum patrimonium se asserat possidere,uel uelit de iure uendicare posse tam per præsidis relationem,quàm per publicorū monumentorū fidem tunc debet principi istius patrimonij notitia intimari. & postea iussu principis talia bona camarę erarij occupantur,hoc dicit usq; ad uers.quæ forma,in quo quæritur an forma prædicta debeat obseruari. cùm pars bonorum,uel una res,uel una actio in fiscum deffertur,& respondetur quòd sic.h.d.usq; ad uers. si quid est,in quo quæritur,an puniūtur executores qui principis indignationem incurrunt. præses autem mulctatur in dimidia parte facultatum.patronus uerò fisci cogitur resarcire fisco omne detrimentum, quod per eius negligentiā fiscus substinuit.h.d.usque ad fi.

3 In tex.ibi, si uacantia bona, &c. nota ex isto text. quod bona uacãtia ad fiscum pertinent ut hic. & per tot.hunc tit. & maximè supra.l.proxi. & .l.j.supra de iure fisci.

4 In tex.ibi, & iureiurando obstricti, Nota quòd officium istorum palatinorum est instare cum præside ut inquirat de patrimonio quod dicitur uacans. et sic est argumentũ quòd syndici uillarum ex quorum denunciationibus potestates terrarum Italię de maleficijs inquirũt, ut teneantur iurare eorum officium; de quibus denunciationibus habemus supra de accu.l.ea quidem.ff.ad Turpillia.l.ab accusatione .§. nunciatores.ff.de cust.reo.l.Diuus, &.j.de irrenarchis p totũ.

5 Item ex isto text. potest summi argumentum, quòd nuncius uel etiam merus executor teneatur iurare, & aliàs non est ei credendum, & hoc tenet glo. extra de offi.deleg.c.prudentiam; & expressè extra de appellatio.cũ parati, pro hoc facit.c.de testi.l. iurisiurandi, & .l.comparationes, de fide iustru.in auth. ut iusiurã.quod pręsta.ab ijs.§.j.colla.iiij.c.de iudi.l.rẽ non nouam.§. patroni. quibus nuncijs creditur in ijs quæ spectant ad eorum officium, non autem in alijs ut no.gl.in.d.c.cum parati.ff.de reb.eo.l. magis puto.§. illud tamen, & .l.j.§.sanè.ff.de offi.præfec. urb. dum tamen nuncij portent literas eius de quo se asserũt in mandatis habere. ut.d.c.prudentiam.idem not.in.d.l.ea quidem, in fine.

6 In tex.ibi rectores destinati &c. & ideò semper sit cautus qui facit alium citari, ut nuncius sit publicus

& iuratus

& iuratus. aliàs meritò sibi non crederetur. & quòd portet cedulam suæ commissionis, pro quo optimè facit. ff. de dam. iufec. l. iiij. §. ab eo, ibi, libellum ad edictum proponit &c. et ita Perusij de cōsuetudine obseruatur, Quod nota pro executoribus literarum papalium, ut non eligant sibi nuncios priuatos, cum uigore literarum aliquem citari faciunt, immo nuncios publicos & ipsos destinent cum literis mandati suæ commissionis.

7 Nec obstat. ff. de arbit. l. sed si interpellatur. §. j. ubi arbiter citat uerbo, uel epistola. & in auc. de exhibē. reis. §. si uerò aūt coll. v. quia loquitur quod citatio continet solum mandatum de comparendo, ita quod illa ci
8 tatio est modici præiudicij, Sed si aliud nuncio iniungitur quod mandaretur parti non crederetur sibi sine literis, ut dictum est. Item illi narranti omninò non creditur, sed facta nunciatione per eos, negocium discutitur diligenter ut. d. l. Diuus, & d. §. nunciatores, quod bene nota.

9 Sed incidenter opp. ad id quod dictum est quòd executor & nuncius & inuestigator tenētur iurare, imò contra. ut not. glo. in. d. l. iurisiuran. & l. j. §. igitur, de uent. inspi. ubi iurare non tenetur. Veritas est quòd semper illi tenentur iurare, sed diuersimodè, quia quādoq; quis deputatur ad explorandum, uel faciendum uel inuestigandum aliquid quod cadit in sensum eius per ueritatem, & tunc de ueritate tenentur iurare, et
10 ita loquuntur iura supra allegata. Quandoq; quis deputatur ad aliquid quod non cadit in sensum eius,

nisi per credulitatem, tunc de credulitate iurat, sic loquitur gl.in.d.l.iurisiurandi, et in.d.l.j.de uen. inspi.
11 Plus dico, quod si ex forma alicuius statuti uel legis dicto alicuius stari debeat, & eius dicto non stabitur nisi iuret, ut.l.Theopompus, de do.prælega.quæ
12 ad hoc est singularis. & hoc est utile ad statuta disponentia, quòd simplici uerbo accusatoris credatur de damno sibi dato, nã nõ creditur nisi iuret p.d.l.& facit de dã.infe.l.q bona.§.j.&.c.unde ui.l.si quãdo.
13 Ex predictis apparet determinatio quando medici interrogantur an mulier sit prægnans, uel ex uulnere remansura sit cicatrix, an iurent de ueritate uel credulitate, nam cum mulierem esse prægnantem, uel ex uulnere remansuram cicatricem perpetuò nõ potest cadere in sensum medicorum, nisi credulitatem eis apparentis.ex uulneribus coniecturis, iurabunt de credulitate & non ueritate. Pro quo facit quod not. Io.And.extra de fi.instru.c.cũ.P.tabellio.& Spec. in tit.de proba.§.fi.uers.hoc quoque per Cy.in.d.l.
14 comparitiones: Econtra dico in doctore approbantem discipulum idoneum ad doctoratus dignitatem, iurabit enim de ueritate, cum suam idoneitatem & sufficientiam & peritiam potest per ueritatem cognoscere, ut.l.j.ff.de decre.ab ordi.faci.&.l.nemini.§. iurisperitos.C.de aduocat.diuerso.iudi.
15 Item not.ex isto tex.quòd quando ad aliquod officium extraordinarium aliquis est deputandus ad fisci fauorem, quòd saltem duo constituẽdi sunt quod apparet: quia facit hæc litera mẽtionem de palatinis

in plurali quod introductũ est ut cessct suspicio frau-
16 dis. vox enim unius uox nullius. ut. d. l. iurisiurand.
17 facit. l. hac edictali. §. illud is. C. de secun. nup. & hoc
uerum est generaliter, nisi ubi ageretur de commodo
priuatorum, & de partium uoluntate ut unus solus
eligatur, quia tunc teneret electio. ut. l. arbitro. ff. qui
satisda. cogant. & d. l. Theopompus, de dote prælega.
18 & hoc est utile. Priores Communitatis Perusij
miserunt duos ambasiatores ad legatum pro quibus
dam negocijs ciuitatis prædictæ, posteà dicti priores
per syndicos eos syndicantes: imputantur quòd malè
gesserunt facta communis destinando duos ambascia
tores cõmunis cum unus sufficeret, certè ista lex facit
pro prioribus prædictis, quòd sint excusati, et ꝙ duo
ambasciatores mittẽdo utiliter gesserũt negocia cõis.
19 Ibi præses prouinciæ not. ad officium præsidis pro-
uinciæ spectat inquirere de patrimonio quod spectat
ad fiscum tanquam uacans uel alio modo.
Ibi præsente fisci patrono diligenter inquirat. ex isto
20 tex. duo not. collige, primo quòd in causis fiscalibus
merè pecuniarijs, per uiam inquisitionis potest proce
di, plus autem dici potest, quòd nõ solum in causa prę.
dicta possit inquiri uerum etiam potest ad seruorum
tormenta procedi, ad hoc ut id de quo inquiritur pos
sit inueniri ut. l. defensionis facultas supra de iure fis.
21 & ꝑ hoc dicit Ray. de Forliuio Doctor meus quòd
Episcopi possunt inquirere cõtra omnes tenentes ali
qua bona, quæ debeant distribui inter pauperes, nam
licet inquisitio sit in causa pecuniaria. tamen ad uti-

litatem publicam tendit,& hoc credo uerum esse,& pluries uidi fieri. An uerò in causis ciuilibus merè possit inquiri patebit infra in examinatione materiæ inquisitionis.

Secundo diligenter not.est ex isto tex.dum dicit præ-
22 sente fisci patrono,vides enim quòd licet inquisitio fiat ex officio ad fisci fauorem, tamen patronus fisci debet esse præsens,ratio est,quia licet inquisitio uideatur prima fronte tendere ad fauorem fisci,tamen patronus fisci debet esse præsens,ratio est;quia licèt inquisitio videatur prima fronte tendere ad fauorem fisci,tamen posset in effectu in fraudem eius redundare,& ideò præsente fisci patrono debet causa per tra
23 ctari,& per hoc videtur . posse dici quod licet per formam statuti Tusciç ,potestates habeant bayliam inquirendi de maleficijs,tamen non poterunt inquirere irrequisito eo qui iniuriam passus est,ne per eorũ inquisitionem possint iniuriam passo fraudare puniendo iniuriã inferentẽ in minus quàm debeat,aut absoluendo ipsum ubi ueniret condemnandus . Item per hoc dici potest,quo si potestas inquirens de maleficio non facit citari iniuriam passum , & ab inquisitione absoluit , quòd passus iniuriã potest accusare iniuriãtem etiam si non doceat de prçuaricatione iudicantis & absoluentis,quoniam sententia absolutoria est nulla,quia inquisitio fuit nulla,hoc tenuit Io.And.in.c. ex tuarum.de purga.cano . & in suis mercuriali.in. lxxxviij.q.Sed Lau.ibi uidetur tenuisse contrarium quòd si non doceat de prçuaricatione nõ possit accusare

sare, & idem tenet in tit. de inquisitione. §. nunc tractemus. uersicu. porrò: Pro opi. Ioan. facit optimè iste text. quòd præsumitur præuaricatum si pars ad cuius fauorem inquisitio ordinatur non requiritur, & sic sententia & processus non ualent, vt l. prolatum. C. de sentē. & interlo. omni. iudi. l. cum ij. §. si prætor. ff. de transactioni. & hoc puto uerum licet de consuetudine non seruetur, ergo nec nos serua-
24 *bimus. cum ipsa sit optima legum interpres. ff. de legib. l. si de interpretatione. & l. de quibus. Sed in ciuitate Florentiæ secus seruatur quia per formam statuti nulla ĩquisitio formatur nisi primo citetur passus*
25 *iniuriam, ubi autem de crimine per modum accusationis est processum, & accusatus est absolutus, & tunc non potest de eodem crimine iterum accusari, nisi doceatur de præuaricatione primi, iura sunt vulgaria. ff. de præuarica. l. iij. de accu. l. si cui. §. eisdem. no. in. l. qui de crimine. C. de accusa. Data copia reclamā*
26 *di &c. nota quòd antequàm patrimonium occupetur tanquàm vacans debet fieri generale proclama, si est aliquis qui dictam rem possideat. uel se asserat*
27 *possidere uel ius habere. Ex hoc infertur aliud nota. scilicet quòd quis potest citari per generale proclama C. de remiss. pig. l. si eo tempore. ff. ex quib. cau. in pos. ea l. hoc autem. §. deffendi.*
28 *Item ex hoc infertur ad aliud scilicet quod possessionem esse uacantem, & à nemine possideri constat, si generalibus proclamationibus factis, nullus comparet ad dicendum se possidere rem uel ad se pertinere,*

29 & hoc est utile scire. videlicet cùm quis uult proba re Titium in ciuitate Perusij non esse, poterit enim sciri per explorationem quæ fit per generale proclama. ut si est aliquis qui sciat Titium esse in ciuitate Perusij, compareat coram iudice et hoc sibi notificet; nemine comparente constabit ipsum non esse in ciuitate, per hanc literam, facit ff. de uerbor. obliga. l. hoc iure. & ibi etiam not. per Barto.

Item potest constare & aliter, quia mittentur exploratores ad domum habitationis Titij ut ibidem inuestigent, si ipse est in ciuitate, & si ipsi iudici refferent ipsum non inuenire, incontinenti dicitur constare Titium non esse in ciuitate Perusij. hanc doctrinã ponit gl. in auc. de exhib. reis. §. si uerò, in gl. super uer

30 bo examinet, et hoc est utile scire ꝑpter executionẽ sententiæ, cum enim primò debeat perueniri ad mobilia quàm ad immòbilia, ut in .l. a Diuo Pio. §. in uenditione. ff. de re iudica. & non potest perueniri ad immobilia, nisi constet tot mobilia nõ esse ex quibus

31 satisfieri possit, constare autem potest per modos prædictos. Item potest constare si iudex dedit debitori terminum ad probandum si aliqua bona mobilia habet, quòd ipse ostendat, ipso uerò non ostendẽte mobilia, constat ipsum mobilia non habere, ex quibus satisfieri possit, ut no. gl. in. l. à diuo Pio. §. in uenditione. ff. de re iudi. & not. circa hoc quod no. Iacob. de Are. in quoddam suo trac. in materia excussionum.

32 Item ex isto tex. potest colligi, quòd sicut potest statui terminus certæ persone infra quem agat, ut. l. si ea

c. qui accusa. non pos. & l. titia. ff. de accusatio. & l. mancipiorum. de optio. lega. & l. diffamari. de in-
33 gen. manu. Ita etiam potest prefigi terminus omnibus qui aliquid dicere uellent nullum nominando sicut hic factum fuit, quod intellige uerum quãdo ignoratur persona quæ habet ius agendi. sed quando persona est certa, tunc ipsa est nominatim citanda, & nominatim debet terminus statui, ut dictis iuribus probatur. & l. j. §. denunciari. de uen. inspi. & auc. si omnes. C. si ut se ab hære. absti.

Ibi monumentorum, nota istum tex. cum Glo. cùm di-
34 cit inuẽtarium faciendo. nam per hanc patet, quòd illi qui dantur ad inuestigandum bona fisci tenentur facere inuentarium de ijs quæ eis constant ad fiscum pertinere. & pro hoc facit. C. de bon. proscript. l. si qs ita. §. j. etiam si ad fiscum magnum patrimonium, uel una res pertineret, uel una actio, Quod nota contra officiales deputatos in ciuitate Perusij ad bona inueniendam, & inuestiganda bona rebellium ciuitatis Perusij, & condemnatorum pro rebellibus & proditoribus Communis Perusij. quòd cum aliquid inuenerint quod ad Commune pertineat debẽt facere inuẽtariũ.
35 Item ex isto tex. potest argui quòd tutores & curatores pupilli tenentur facere inuentarium, etiam si una res, uel una actio tantum sit in bonis, quod puto uerum sine dubio in generali tutore uel curatorè, nisi pupilli uel adulti intersit inuentarium non facere, ne secreta sui patrimonij pandẽtur. quia forte villissimũ est suum patrimonium ut. C. de ali. pu. l. fi.

36 Item ex isto tex.no. quòd curator ad lites tenetur facere inuentariū uidemus enim hic palatinos eligi ad litigandum ad hoc q ad eorum instantias præses prouinciæ inquirat,& tamen uidemus quòd tenetur facere inuentarium, & tamen eis non potest solui,nisi sint ad hoc specialiter deputati,ut supra eod.l.ij. & hoc tenet Glo.hic,& videtur apertè contra determinationem Glos.in.l. de creationibus.C.de episcopa. audi.ubi Glo.dicit quòd curator ad litem non tenetur facere inuentarium,quia solui ei non potest,& tamē facit inuentarium,dic ergo,quòd donec lis pendet curator ad lites non conficit inuentarium ut ibi.Sed lite sopita & data sententia pro domino,per quem cōstat rem ad dominum pertinere,bene tenetur facere inuē

37 tarium, & ita est casus hic. Ratio: quia donec lis pendet non interest domini facere inuentarium,ex quo curatori solui non potest,sed lite finita bene interest,ad hoc ut rerum suarum notitia domino intimetur vt hic quòd singulariter no.quia mihi uidetur opinio noua.

38 Errarij,nota quòd licet bona,quæ ad fiscum pertinent tanq̄ uacantia. tamen possessio eorum non quæritur fisco.nisi primo facta fuerit incorporatio,facit. l.commissa.ff.de publica.& ibi no.per Glo.& l.cum duobus.§.idem.ff.pro socio.

39 Item ex hoc tex.est notandum. quòd uirtute inquisitionis generalis potest in causa pecuniaria ad diffinitiuam sententiam perueniri,& ad eius executionem præses enim hic generaliter inquisiuit cuius esset patrimonium

monium uacans, & uirtute huius generalis inquisitionis ad incorporationem bonorum prosequitur, &
40 ex hoc insurgit limitatio ad l. congruit. ff. de off. prę
si. & ad l. iiij. §. mandato ad l. Iuli. pecu. ubi ex inqui
sitione generali, non peruenitur ad sententiam, quia
illud habet locum cum de crimine inquiritur, secus si
inquiratur de causa merè ciuili ut hic, sed singulari
ter nota, quia mihi uidetur opinio noua, & potest assi
41 gnari ratio, nam sicut in causa ciuili procedit libel
lus generalis si nõ opponatur, ut l. fi. C. de anna. exce
ptio. ita procedit cum inquiritur in causa ciuili ge-
42 neralis inquisitio, in criminalibus uerò nullatenus
admittitur generalis libellus, sed debet continere
factum, ut specificet locum, tempus, & personas,
quia agitur de maiori præiudicio, ut l. libellorum. ff.
de accusa. l. pretor edixit. in prin. ff. de iniur. sicut nec
43 admittitur accusatio ut ex ea sequatur sentẽtia. ita
nec inquisitio quæ in locum accusationis succedit sor
tiri enim debet eius ueram naturam, ut l. si cum. §. j.
ad fi. ff. si quis cautio. Et pro hac opi. facit optimè illud
quod uidemus quotidie de consuetudine obseruari.
44 Nam iudex inquirit generaliter ꝓ reperiendo unũ
tutorem idoneum, & cùm eum reperit, uirtute dictæ
inquisitionis generalis, eum dat & constituit in tuto
rem. quę consuetudo potest iure probari. ut l. à patruo
ff. qui pet. tuto. Instit. de Attilia. tuto. §. sed hoc. de cõ
fir. tuto. l. tutores.
45 Item ex isto tex. nota, quòd requiritur ꝙ fiat incor-
poratio in fiscum per officiales fisci ad incorporandũ

deputatos:de quo supra eo.l.ij.quod est utile ad que-
46 stionem. Certum est, ꝙ rem ecclesiæ non potest prę-
latus alienare, sine certa solennitate.ut auc.hoc ius
porrectum.C.de sacros.eccl.& in corpore unde sum-
47 mitur, & in auc.de non alie.in prin. Nisi sit res feu
dalis uel emphyteuticaria consueta dari in feudũ uel
emphyteusim, quia tunc in feudum dari potest, & in
emphyteusim concedi absque solennitate prędicta.ut
extra de feu.c.ij.& in.c.j.in tit.episco.uel abba.colla.
x.& in auctẽ.de non alienan.§.in emphyteusim cum
48 similib. Modò est in quæstione, si res emphyteutica
incidit in ecclesiam, & monasterium, & per annum
ipsam retinuit, an dicat̃ ꝑ hoc effecta de mẽsa eccle-
się, ut in emphyteusim absque dicta solennitate nõ pos
sit concedi, aliàs non potest esse sine. Archi.in.c.ij.de
reb.eccl.non alie.dixit ꝙ in emphyteusim concedi nõ
possit. Barto.dicit contrarium per hanc.l.& per.l.ij.
supra eo.assignat rationem; quia res non efficitur de
mensa nisi per incorporationem, quę incorporatio nõ
fit, nisi per officiales ad hoc deputatos ut supra proba
tum est ergo necesse est quòd capitulum officialem cõ
stituerit ad incorporandum.uel ꝙ res descripta sit de
numero rerum quæ sunt de mensa.& hoc placet quia
de facto sępe contingit.
49 In tex.non euitant indignationem. nota tex.contra
syndicos villarum, qui tenentur maleficia denuntia-
re, ꝙ si per fraudem uel malitiã occultant maleficia,
& non denunciant incidunt in indignationem ciuita
tis, & sic extra ordinem possunt puniri ex quo pœna
certa

certa statuta nõ est. ff. de pen. l. hodie. et. l. sanctio. Ad hanc tamen dubitationem tollendam. per Italiam cõmuniter sunt statuta, ꝙ non denuncians maleficia certa pœna puniatur. Item ꝙ hic dicitur habet locum in
50 syndicis per fraudem uel maliciam occultantes. Si uerò aliquem innocentem uelut criminosum denuntiauerint, qualiter sint puniendi. no. plene. ff. de custo. reo. l. Diuus.
51 In tex. ibi, Præses autem. no. ex isto tex. quòd iudex negligẽs criminaliter punit. cõcor. l. iudex. j. de anno. et. j. de exacto. tributo. l. missi opinatores. & C. de ser. fugiti. l. q mãcipia. & ibi no. p Bal. Plus. dico, ꝙ si iudex est negligẽs ĩ officio, & circa id quod uniformiter respiciat totum suum officium, ꝙ toto suo salario potest priuari. ut in. d. l. iudices. sed si non uniformiter tunc solum pro rata temporis quo negligẽs fuerit. ut.
52 l. diem fuucto. ff. de assesso. Et nota etiam contra assessores qui sunt negligẽtes in officio exercendo cum se locant cum potestatibus ut ratione eorum negligentiæ possint recusare dare eis salariũ à fisco pmissum.
53 In tex. ibi, uero patroni. Nota singulariter istum tex. contra aduocatos negligentes, uel fraudem committentes in præiudicium sui clieutuli, ut teneantur clientulo ad resartiendum omne damnum. quod ex illa fraude uel negligentia talis clientulus passus est.
EXPEDICTIS notabilibus legis nostræ ue-
54 nio ad apparatum. Dixi primò, quòd bona uacantia ad fiscum pertinent, immò occupanti conceduntur, ut l. j. & quasi p tot. ff. pro derelict. ff. de stipula. seruo.

l.quod seruus. Sol. quando uacant, eo, quia pro dereli-
55 cto habentur tunc procedit contrariũ. Ratio, quia
habens pro derelicto donat occupanti ut.d.l.quod ser-
uus.& ff.de acquiren.rer.domi.l.qua ratione.§.hoc
autem.unde hoc operatur uoluntas domini, quia rem
habet pro derelicto. Sed cùm bona uacant aliter, &
ex alijs causis, ut ex illis quæ no.ff.de iure fis.l.j.tunc
procedit lex ista.quia tunc sunt fisci.
Sed contra istud oppo.nã tunc bona decedentis sine
hærede legitimo, uel bonorũ possessore sunt fisci, secũ
56 dũ prædicta, quod est falsum. nã sunt multi q exclu
dũt fiscũ, ut uxor, socius liberalitatis imperialis. Itẽ
curia & collegium de quo defunctus erat. Item pa-
tronus substituti coheredes, de hoc plenè no. supra eo.
l.j.in gl. Solu. fateor contrarium, quòd predicti fiscũ
excludunt à successione intestati. hijs uerò non existẽ
tibus fiscus succedit, & ita procedit lex nostra.
57 Oppono ad id quod dixi quòd est officium præsidis
inquirere an bona uacantia ad fiscũ pertineant, quin
immo procurator Cæsaris & iudex, quia inter fiscũ
& priuatum cognoscit procurator Cæsaris.ut.ff.de
offi.procura.Cæsar.l.j.& per totum.l.si minor.C.de
iure fis. Item expreßè lex dicit, ꝙ Comes rerum pri-
58 uatarum de hoc cognoscit, ut supra eo.l.iij. qui Co-
mes rerum priuatarum procurator Cæsaris est. Et
eodẽ modo obst.l.facultas.supra de iu.fisci, ubi procu
rator Cæsaris cognoscit an bona sint uacãtia. nõ enim
cognoscit Præses prouinciæ, quia ipse est iudex inter
priuatos, nõ ĩter priuatum & fiscum.l.fundus.ff.de

rei

59 rei ueudi. Solu. in illis prouincijs in quibus est pro curator Cæsaris debet tunc adiri, ut in contrarys. Sed ibi procurator Cæsaris nō est tunc in subsidium potest adiri Preses prouincię, & ita loquitur hic. unde hec potestas attributa est præsidi prouinciæ in subsidium non existente procuratore Cæsaris. & hoc modo intellexit hanc l. domi. Bar. quod est utile ad multa.

60 Statuto ciuitatis Perusij cauetur q̧ iudex portæ Sancti Petri, solus sit iudex in insinuationibus testamentorum & donationum. Modo contingit q̧ tempore mortalitatis uacabat dictum officium dicti iudicis, an poterit produci testamentum uel alia ultima uoluntas coram alio iudice, ut insinuetur, et uidebatur q̧ non, quia ex quo erat uni commissa potestas, cęteris uidetur denegata, & sic coram alio iudice talis insinuatio fieri non potest l. cum pretor. ff. de iudi. C. de testa. l. cōsulta diualia. l. repetita. C. de episc. & cleri. Sed contrarium est ueritas per hanc. l. coniunctis legibus supra allegatis. & ita hoc anno tenui per hanc legem & per l. ubi absunt, de tut. & cura. dat. ab ijs, ubi est casus. Pro hoc etiā facit. C. de offi. præfec. urb. l. j. licet illam quidam iu contrarium allegent, & in auc. de defensori. ciuita. §. interim, & §. audiēt, & ff. de offic. proconsul. l. j.

61 Non obstant iura ibi in contrarium allegata, quia intelliguntur ubi non abest ille cui specialiter est potestas uel iurisdictio attributa. & scias pro euidentia

62 huius puncti, quia quando alicui specialiter demandatur potestas cognoscendi de aliquo, q̧ omnibus pari

bus uel minoribus illo, cui concessio est specialiter facta intelligitur denegata potestas. ita intelligo. l. prę-
63 tor, & l. consulta, & l. repetita. Vnde si per statutũ iudices habent potestatem cognoscendi de causis insinuationum testamentorum, & isti iudices sint pares, & uni cõmittitur causa ista specialiter, omnibus alijs intelligitur denegata, ita de cõsuetudine obseruatur; quia iudices pares sunt, nisi ille cui specialiter est facta commissio absit; quia tunc coram alio fieri potest ut dixi. Sed si sint aliqui iudices maiores generalem administrationem habentes, & etiam potestates communiter de causis insinuationum cognoscentes, de illis non intelligitur maioribus denegata. ut. d. l. j. de offi. pręfe. urb. & d. §. interim. & d. §. audient, & ita uidi de consuetudine obseruari. Nam per statutum concessa erat specialis potestas uni ciui, qui eligitur de sex mensibus in sex menses, & appellatur communiter iudex cognoscendi super omni iudicio diuisorio, & interponendę, auctoritatis super tutelis & curis: & tamen coram iudicibus potestatis & capitanei iudicia diuisoria agitantur & ipsi super tutelis et curis decreta & auctoritates interponunt: nec intelligitur per illam specialem commissionem alteri iurisdictio denegata, cum sit concessa minori:
64 Item ex prędictis patet, quòd licet iudex maleficiorum de causis merè ciuilibus non possit cognoscere, ut. l. solemus. §. latrunculator. ff. de iud. tamen si officium iudicis causarum ciuilium uacat, fortè mortaliter, bene poterit in subsidium cognoscere iudex malefici-

rum, per iura præallegata.

65 Item ex prædictis etiã patet, ꝙ si potestas debet cognoscere de omnibus quæstionibus ciuilibus quæ erãt in porta Sancti Angeli, & pro alijs portis debeat cognoscere capitaneus, & contingit hoc anno ꝙ propter mortalitatem potestatis officium uacauit per mensem & quĩdecim dies & quidam creditores de parochia Sancti Angeli habentes actiones, quæ per lapsum unius mensis peribant nisi saltem debitorem citare facerent coram Capitaneo. Modo est in quæstione an talis citatio sufficiat, ut sit præscriptio interrupta, uidebatur ꝙ non, quia à iudice incompetenti facta est, & sic nulla. C. si à non competen. iudi. l. j. & l. si filium. C. de libera. cau. ergo non interrumpitur prescriptio ut. C. de lit. contest. auc. offeratur, In contrarium est ueritas ut ex prædictis patet. Item ex

66 prædictis patet solutio quæstionis, Dictat statutum ꝙ nullus notarius nõ descriptus in matricula audeat facere testamentum aliquod, & si fuerit puniatur, & nihilominus testamentum non ualeat continget ꝙ tempore mortalitatis non poterat haberi aliquis notarius descriptus in matricula ad scribendum testamentum, propter quod alius, non descriptus in matricula tale testamentum descripsit. certè ualebit per prędicta iura, ad hoc optimè facit extra ut cleri. uel mona. c. j.

67 Item ex prædictis patet, quòd licet unus notarius non possit complere rogationes alterius tamen si tabellio rogatus decessit, vel abest, alius poterit cõple-

re.de hoc est tex.in.c.cum P.tabellio,extra de fide.in stru.Ob aliam autem absentiam unus tabellio nõ cõplebit rogationes alterius,ut in auct.de tabellio.§.pe. vers.omnib.& speciale est hoc casu ut licet tabellio rogatus absit alius non possit complere quę obscurè iniũcta sunt propter falsitates reprimendas. vt ibi litera apertè ponit,& ex predictis etiam possunt solui plures similes quæstiones per te inuestiga.

68 Item oppo.dixi supra ꝙ sufficit fieri citationem per generale proclama.Cõtra. immò debet quis sigilatim citari,vt.l.j.§.denunciare.ff.de lib.agnoscen.& l.& si legib.C.de episcopa.audien.& ff.de excusa.tuto.l. scire oportet.C.de anna.exceptio.l. ut perfectius.C.si vt se ab hęre.abstine.auct.si omnes,vbi iudicium dirigitur contra certam personam & limitatam, non sufficit generale proclama,ut in contrarijs.ff.de dam. infect.l.iiij.§.j.Secus si contra personã incertam,ut hic cum concordan.

69 Item oppo. dixi possessione uacante constare per generale proclama & contumacia non asserentis se possidere:Contra,non ꝓbat hoc esse ꝙ ab hoc contingit ab esse.l non hoc.C.vnde cogna.& l.mulieris,de libera. cau.Sed licet nemo compareat asserens se possidere non propterea sequitur de necessitate.ergo nemo possidet,vnde per hoc non potest dici possessionem esse vacantem & neminem possidere,Sol.concedo ꝙ non ꝓbatur necessariò,sed presumuntur bona uacare eo ipso ꝙ nullus apparet asserens se in ipsis nullum ius habere:Vel dic ꝙ immò probatur necessariò.Nam licet

aliquis

aliquis possideat intelligitur deserere possessionem, ex quo citatione uocatus non vadit ad dicendum si possidet, nec comparet.

70 Item oppo. dixi q possessio bonorum uacantium fisco non quaritur ipso iure. Contra. ff. pro socio. l. cum duobus. §. idem respondit, & l. commissa. ff. de publica. Sol. ille loquũtur ĩ dominio quod quærii ipso iure, hic in possessione, quæ non quæritur absque incorporatione, ut etiam in contrario notatur. Hoc autem intellige nisi quo ad vsucapiendi conditionem, eo casu quo fiscus alteri succedit, & possessio non est per aliũ occupata nam quo ad istum effectum possessio tanq̃ in uita transit in fiscum, ut. l. cum miles. ff. ex quib. cau. maior.

71 Itẽ quod dixi dominiũ transferri ipso iure in fiscũ est verum cum bona ex delicto transferuntur in fiscũ secus si tanq̃ uacantia, sed si transferunt in eum tanq̃ in hæredem, non querruntur fisco ipso iure, & si sint soluendo, nisi primò fiscus hereditatem habeat, licet quidam dixerint contrarium, ut no. in. l. j. § cum bona. ff. de iure fisci.

SVMVS expediti de hac lege, & nihil ultra de necessitate dicendum est, verum quia hec lex de inquisitione mentionem facit, & ipsius inquisitionis materia utilissima est eã tractemus quambreuius possumus, Circa cuius inuestigationem principaliter de sex uideri oportet, Primò, quid sit inquisitio. Secundo, in q-bus casibus inquisitio sit permissa. Tertiò, ex quibus casibus inquisitio impugnatur. Quartò, qui possunt

inquirere. Quinto, quæ sint de inquisitionis substantia, Sextò & vltimo quis sit inquisitionis effectus.
72 Ad primum, videlicet quid sit inquisitio, responsio cõgrua dari non potest, quoniam quælibet inquisitionis species per se, suã diffinitionem recipit, ideo anteq̃ eius diffinitionem ponamus oportet videri quot sunt inquisitionis species, & posteà cuilibet inquisitionis speciei congruentem diffinitionem dare.
73 Circa hoc quot sunt species inquisitionis uariatio fuit inter nostros Doc. Quidam enim dixerunt q̄ sunt duæ. una inquisitio facti quæ fit ad curiæ informationem, de qua loquitur. l. congruit. ff. de offi. presi. l. iiij. §. mandatis. ff. ad. l. Iuli. pecula. Alia est inquisitio iuris, quæ fit ad criminis punitionem, & de hac loquitur. ff. de adul. l. ij. §. si publico, & ibi per Bar. c. de accusa. l. ea quidem. Sed ista distinctio non placet; quia prout infra in diffinitione patebit, nulla inquisitio est factum nisi in exercitio, sed est ius; exemplo actionis quæ est ius. ut insti. de actio. in prin. Ideò alij dixerunt q̄ inquisitio est duplex; una præparatoria ad inueniẽdum delictum, & de hac loquitur. d. l. congruit. & d. §. mandatis, Alia est præparatoria & secundaria ad puniendum, & de hac loquitur l. ea quidem, cum suis concordantijs, & d. §. si publico, & ita dicit Inn. in. c. bonæ memoriæ, ĩ gl. super uer. testes, extrà de electio. ubi ipse dicit, q̄. d. l. congruit, ita practicat totus mundus. Tu dic, q̄ inquisitio una est generalis, alia est specialis. Itẽ generalis diuiditur in quatuor species, una namq; est generalis quoad delicta et quoad personas.

ut cum Præses inquirit, si qui sint homines facinorosi in suo territorio, pœna digni. & de hac loquitur. l. congruit, Quædam est inquisitio generalis quoad personas, specialis quoad delicta, ut cum præses inquirit cōtra illos, qui Titium occiderunt, de hac loquitur. d. §. mandatis, & de condi. ob tur. cau. l. iij. §. & tibi ob iudicium. Quedam est generalis quoad delicta, specialis quoad personas; ut est inquisitio quam facit uisitator ecclesiæ contra existentes in ecclesia, ad inuestigandum & puniendum crimen commissum per aliquem ipsorum per quem debeat monasterium in aliquo reformari, de hac inquisitione loquitur capit. per inquisitionem. extra de accusa. Quandoque tamen est inquisitio generalis quoad personas de uniuersitate; ut cum inquiritur de aliquo maleficio contra aliquam ciuitatem & homines ipsius, nec ibi homines sunt specificādi necessariō, de hac loqui potest. l. aliud §. refertur. ff. de regul. iur. & ff. quod cuiusq; uniuer. nomi. l. j. ff. de dolo. l. sed & ex dolo. §. sed an municipes. ff. de dolo. l. metum. §. animaduertendū. C. de monopol. l. j. Alia est inquisitio specialis quoad personas & quoad delicta: ut cū de certo & limitato maleficio præses inquirit cōtra certam personam, de hac loquitur. l. ea quidem. & ff. de cust. reo. l. Diuus. ff. de adulter. l. ij. § si publico.

74 Hijs præmissis potest inquisitio generalis quoad personas & quoad delicta sic diffiniri, Inquisitio generalis quoad personas & quoad delicta est ius persequendi et procedendi per officium ad inuestigandum

omnem facinorosam personam in suo territorio pœna dignam: hæc diffinitio probatur per .l. congruit, & quod no. Inno. in. d. c. bonæ memoriæ, extra de electio. Ideo autem dixi ius, quia omnis inquisitio est ius, nulla autem factum, nisi in suo exercitio tantum. Itē dixi procedendi, quia talis inquisitio non operatur ad effectum puniendi seu ferendæ sententiæ, sed tantummodo ut ꝑ ꝓcessum qui interseritur patefiant omnes homines facinorosi aliqua pœna digni, ut. d. l. cōgruit et. d. c. bonę memoriæ, Ideo aūt dixi ꝑ officiū, quia ius ꝓcedēdi per inquisitionem, seu inquisitio semper formatur per officiū siue ex officio, & hoc est quod uult dicere text. in. d. l. congruit. ibi, eos conquirat &c. Ideo autem dixi ad inuestigandum, quia ut dixi ex hac generali inquisitione nō deuenitur ad sententiā, sed tantūmodo per eam fit inuestigatio, Ideo aūt dixi facinorosam personam, quia, cum illa inquisitio fiat ad inuestigandum crimina & personas reperto facinoroso homine, est repertum & inuestigatum facinus & persona. Ideo autem dixi in suo territorio. quia si maleficium committatur extra territorium suum, & per non subditum, ad suam iurisdictionem nō pertinet, & ideo talis inquisitio esset superuacua. ut. l. ij. C. ubi de cri. agi oport. & hoc innuit tex. si rectè inspiciatur in. d. l. congruit. Ideo autem dixi pœna dignam: quia ex quo inquisitio fit ad purgandum prouinciam facinorosis hominibus, meritò sequitur ergo pœna dignus, alias non esset facinus si iure fieret, ut. l. gracchus. C. de adult. & l. j. §. nō fuit. ff. de dolo.

Inquisi-

75 *Inquisitio generalis quo ad personas, & specialis quoad delicta sic diffinitur, inquisitio est ius per officium procedendi ad inuestigandam personam, quæ iam compertum maleficium commisit, hęc diffinitio probatur ex.d.§.mandatis. Ideò autem dixi maleficium iam compertum, quia si maleficium non esset cõpertum nec certum, inquisitio ista esset generalis non solùm ad personas. sed etiam quoad crimina: sed de hac non loquimur hic, sed supra locuti sumus, & hęc diffinitio congruit diffinitioni generali quoad personas ex uoluntate.*

76 *Inquisitio uero generalis quoad personas ex necessitate. ut est inquisitio quæ formatur contra ciuitatem uel castrum, eandem diffinitionem recipit quam recipit specialis inquisitio quoad personas & quoad delicta generalitate uoluntaria, specialis uero quoad personas est cùm Preses inquirit contra vnum hominem in genere diffamatum, sed hoc diffinitur sic. Inquisitio est ius procedendi per officium ad inuestigandum quę crimina sint commissa per inquisitum in genere diffamatum. & hæc forma probari potest per.d.§.mãdatis, & extra de accusatio.c. cum oportet. & c. cum dilectus.*

77 *Inquisitio uero specialis quoad delicta & personas, uel generalis quoad delicta generalitate necessaria. ut cum uisitator inquirit in genere contra omnes in ecclesia existentes, uel cum syndicus unus inquirit generaliter contra potestatem & suam familiam in genere de omnibus delictis. & inquisitio generalis*

quoad personas generalitate necessaria est quando inquiritur contra unam ciuitatem & sic diffinitur. Inquisitio est ius quoddam per officium procedendi ad condemnandum & puniendum facinorosos homines de territorio inquirentis de aliquo crimine non à ma-
78 leuolis diffamatos. Ideò autem dixi ad condemnãdum & puniendũ quia ex prædictis inquisitionibus absquæ alia inquisitione potest ad diffinitiuam condemnationem perueniri, & condemnatum puniri, & quod possit condemnatoria ferri ex inquisitione speciali quo ad delicta & quo ad personas probatur in.d.l. ea quidem, &. C. de testibus.l nullum & in.d.§.si publico. Item ex inquisitione necessaria generali quo ad delicta. & speciale quo ad personas, probatur extra de re iudica.c. cum & eadem, de accusa.c.cum oporteat. Item ex inquisitione generali necessario quoad personas & speciale quoad delicta probatur in.d.§.refertur, & .d.§.sed an in munici
79 pes, & .C.de monopo.l.j. Et hæc sunt notabilia, quia ex hijs patet determinatio quæstionis cùm syndicator inquirens generaliter contra potestatem & suam familiam de delictis, potest uirtute ipsius inquisitionis eum condemnare. patet ex predictis quod sic. quod multum nota. quia potestates terrarum & eorum assessores uirtute inquisitionis generalis condemnare possunt. & ita uide plures de facto seruari. Item ideo dixi de territorio inquirentis. quia nisi sint famosi de eius territorio, contra eos non potest inquiri ut supra
80 dixi. Item ideo dixi de crimine aliquo diffamatos,

quia

quia ad hoc ut de iure possit inquiri necessè est ꝙ pri mò praecedat diffamatio non à maleuolis, vt.d.c.cum oporteat, & .c.qualiter & quando, extra de accusa. & .c.per iuquisitionem.eo.tit. talis enim diffamatio loco accusationis succedit ut ibi no.

Expeditus est primus arti.qd sit ĩquisitio. Sed restat
81 sup hoc de forma inquisitionis uidere, Circa omnem examinationẽ scire debes ꝙ alia est forma inquisitionis generalis, & alia est forma inquisitionis specialis, Inquisitionem generalem quo ad personas, & quoad delicta sic forma. Haec est quedã inquisitio q̃ facit et facere ĩtẽdit Nobilis et potẽs miles. D. Leonardus sub examine sapientis viri. D. Ioannis eius iudicis maleficiorũ, ex suo officio, iurisdictione, arbitrio, & baylia, ad inueniẽdũ pquirẽdũ & ĩuestigãdũ omnes fures latrones, & homicidas, grassatores, raptores, castitatis uiolatores, oppugnatores prouinciae, incendiarios, & sanctarũ monialiũ uel uirginũ raptores, & adulteros, & contra oẽs & singulos alios homines male & ĩprobate uite, cõditionis status & famae existentes in suo territorio uel districtu, ad hoc ꝙ purgare possit dictam prouinciã, eiusq; Comitatũ, fortiã & districtũ dictis malis hominibus ut dicta prouincia pacata, semper iustitia exigente permaneat: haec doctrina traditur in.d.l.congruit.

82 Forma uerò inquisitionis generalis quoad personas & specialis quoad delicta est talis. Haec est quedam inquisitio generalis quae fit & fieri intenditur per talem potestatẽ et talẽ eius iudicem maleficiorũ ex eorũ

& cuiuslibet eorum officio arbitrio,& baylia, cōtra omnes & singulos illos qui tali tempore tali loco Titium occiderunt,& ad inueniendum & inuestigandum omnes illos qui predictis occisoribus præstiterūt auxilium consilium & fauorem. Hęc forma tradi uidetur, ex not. in.d.c.bonę memorię, extra de electione.

83 Forma inquisitionis generalis quoad delicta, & specialis quoad ꝑsonas talis est, Hæc est quædā inquisitio quæ fit & fieri intenditur per talem syndicum, & talem syndicatorē electum & assumptum ꝑ Cōmune Perusij ad syndicandum nobilem uirum Do. Leonardum,olim honorabilem potestatem dicti Communis Perusij mensibus proximè præteritis inchoatis de mense Maij proximè præteriti & finitis ut sequitur,contra,& aduersus dictum D.Leonardum:et contra.& aduersus omnes & singulos suos iudices, & notarios,milites,domicellos,beroarios,& familiā uniuersam dicti D.Leonardi.In eo,de eo,& super eo ꝙ ad aures & notitiam dicti Domini Syndicatoris pluries auditu peruenit,quòd dictus Do. Leonardus, et dicti iudices,notarij.milites et beroarij ī dictis mēsibus in palatio olim residentiæ eorum habitationum posito infra tales confines, multas & uarias ac diuersas baratarias,extorsiones,furtā,& falsitates comisserunt.& ꝙ dictus.D.Leonardus nōn tenuit totam familiam quam tenere debuit, secundum formam electionis de eo factæ,& ꝙ dictus.D.Leonardus & eius iudices absoluerunt multos condemnandos

dos, & condemnarunt quamplures innocentes, qui debebāt absolui, nec uenerunt ad ius redendum, & sedendum ad banchum horis debitis & consuetis, secūdum formam electionis prædictæ, & prædicta commissa & perpetrata fuerunt per prędictos supra nominatos temporibus supradictis, in loco prędicto cōtra formam iuris statutorum & ordinamentorum dicti Communis, sup quibus omnibus & singulis, & super connexis & dependentibus ab eisdem & prorsus extraneis dictus syndicator inquirit, & intendit inquirere, procedere, & condemnare, & punire repertos culpabiles, secundum formam Iuris & statutorum dicti Communis. & hanc formam approbat cō
84 suetudo Italię Forma inquisitionis generalis quoad psonas, & specialis quoad delicta talis est, Hęc est quędam inquisitio quę fit & fieri intenditur per Nobil. Militem. D. Leo. Capitaneum ciuitatis Mediolani ad inueniendum omnes & singulos qui Titium tali tempore & tali loco occiderunt, & ad inuestigandum & inueniendum omnes & singulos illos qui occisoribus prædictis aliquod auxilium, consilium, & fauorem prestiterunt Hęc forma similiter. seruatur vbiq;. Inuentis autem malefactoribus fit noua inquisitio specialis contra eos qui reperiuntur culpabiles, & ex ista ad condemnationem deuenitur non ex pri-
85 ma. ut no in. d. c. bonę memorię extra de electio. & omnes testes qui examinati fuerunt in prima inquisitione, examinari debent posteà in secūda, quia aliàs non posset ex primis attestationibus condemnari. cū

testes deposuerint eo non citato, sic testimonium eorũ est nullum in eius præiudicium. C. de testi. l. si quando not. gl. C. de eden. l. si is apud quem, & C. de crimi. expilla hæredita. l. res hæreditariæ, & hoc tenet Innoc. expreßè in. d. c. bonæ memoriæ extra de electio.

86 Forma inquisitionis specialis quoad delicta, & specialis quoad personas talis est. Hæc est quędã inquisitio quam faciunt & facere intendunt. d. Leonardus honorabilis Potestas Communis Perusij & D. A. eius iudex maleficiorum contra & aduersus Titium Caij de Perusio. in eo, de eo, & super eo ꝙ fama publica præcedente & clamosa informatione referente non quidem à maleuolis & suspectis, sed ab honestis & fide dignis personis ad aures & notitiam dictorũ Dominorum potestatis & iudicis maleficiorum peruenit auditu, quòd dictus Titius hoc anno & mense Maij dicti anni armatus cum quoddam cultello de ferro, quem tenebat in manibus euaginatum, dolosè, scienter, & appensatè, animo & intentione infrascriptum maleficium committendi, spiritu Dyabolico instigatus, & Deum præ oculis non habendo. sed humani generis inimicum, fecit insultum, impetum, & aggressuram mouendo se de loco ad locum in & contra personam Petri filij quondam Martini de Perusio: & ipsum Petrum percussit & uulnerauit in capite dicti Petri cum uno cultello una percussione & uulnere, ex qua pcussione et uulnere dictus Petrus incontinenti mortuus fuit & est: & prędicta commissa & perpetrata fuerunt per dictum Titium

in per

in personam dicti Petri, tempore et loco supra dictis, animo & intentione prædictis in ciuitate Mediolani in tali loco, & infra tales confines contra formam iurium, statutorum & ordinamentorũ dictæ Ciuitatis. Super quibus omnibus & singulis & dependentibus & connexis ab eisdem ac prorsus separatis et extraneis dicti Potestas & Iudex inquirunt & inquirere intendũt, procedere, condemnare, & punire secundũ formam Iurium, statutorum, & ordinamentorũ dictę ciuitatis. Hanc autem formam tradit .l. libellorũ ff. de accusa. si diligenter inspiciatur, eam obseruat
87 practica communis. Ideò autem ponuntur illa uerba, fama publica præcedente &c. quia cum fama loco accusationis succedat, nisi fama præcedat non debet inquiri, extra de accusatio. c. inquisitionis, & .c.
88 cum oporteat, & .c. qualiter et quando. Ideò autem dixi à fide dignis, quia si facientes famam non sunt fidedigni, sed suspecti uel maleuoli. ex eorum fama nõ debet ad inquisitionem procedi: ut .d .c. qualiter, &
89 quando. Et ideò sit semper cautus aduocatus eius cõtra quem inquiritur, ut statim petat copiam famè ut possit impugnare testes diffamantes. & ut uideat si fama est probata, nam si aduocatus poterit uidere famã non esse probatam, uel testes esse suspectos obtinebit in causa, per .d. c. qualiter, & quando, Hodie tamen Perusij non obseruatur de consuetudine; quia pars nunquam petit copiam famæ sibi dari, pro eo, quia secundum formam statutorum dictę ciuitatis, de omni crimine potest inquiri. vnde inquisitio est auxilium

ordinarium sicut accusatio, in alijs autem locis in quibus dictũ statutum non est, et dicta consuetudo nõ uiget, posset peti copia famæ, immo omnes cauti aduocati hoc faciunt. & hoc uidi fieri & peti in Ciuitate
90 Aretij. Ideò autem ponitur locus & tempus, quia de substantia inquisitionis est, sicut de substantia accusationis ut infra patebit, in articulo quæ sunt de
91 substãtia ĩquisitionis, Ideò autẽ ponitur dolosè &c. ad hoc ut dolus de necessitate includatur, licet semper dolus præsumptus includatur cùm factum illicitum proponitur, ut.l.j.C.de sicari.cum simili. Ideò au
92 tem ponitur mouendo se de loco ad locum, quia in ista inquisitione continetur insultus, sed secundum significationem insultus est, cum in aliũ fit saltus, quod non est nisi per motionem de loco ad locum. ut.ff.de iniur.l.Item apud Labeonem.§.j. & de hoc uerbo habes expreßè.C.de iude.l.fi: & hoc nescio alibi in iure ciuili. Ideò autem ponuntur ista uerba super quibus omnibus &c. per ea quæ patebunt infra de inquisitionis effectu &c.

93 Venio ad secundum articulum principalem. In quibus causis inquisitio sit permissa. Circa hoc gl. iuris ciuilis tradit regulam negatiuam, & quasdam exceptiones à regula, Regula est, ꝙ de crimine non potest inquiri; pro eo, quia regulariter sine accusatore nullus debet puniri.ff.de mune.& honori.l.rescripto.§.si quis accusatorem.C.qui accusa.non pos.l.iij. vnde & illud mulier, nemo te accusat, nec ego te condemnabo ut no.gl.in.d.§.si quis accusatorem. Hæc autem fallit

94 lit in.l.ij.§.si publico.ff.de adul.Primus in lenoci-
nio mariti,cũ maritus de adulterio uxorem accusat,
95 ut.d.§.si publico , Secundus ratione iniuriæ illa-
tæ presbyteris uel eorũ ministris in loco ecclesiastico
existentibus,ut.l.si quis in hoc genus.C.de epis.& cle
96 ri.Tertius ratiõe suspecti tutoris,ut.l.iij.§.præterea
97 ff.de suspe.tut.Quartus in carta falsa coram iudice
98 producta.C.de probatio.l.iubemus,Item in falso te
99 ste.C.de testib.l.nullum,Idẽ in calumniatore .C. de
calumniato.l.j.&.ff.de bon.liber.l. cum maior.§.si li
100 bertus. Item in falso. ut.C.de fals.l. ubi.secundum
quosdam.licet glo.hoc improbet, in.d.§.si publico,pro
eo,ꝙ in.d.l.ubi non fuit processum super falso per viã
inquisitionis.sed uia ordinaria, & uerũ dicit quoad
101 illam legem. Item in crimine notorio, ut.l.ea qui-
dem.C.de accusa.& hæc fuit opinio glos.in.d.§.si pu-
102 blico,Alij,ꝙ licet hoc sit uerum de iure, tamen de
consuetudine de quolibet crimine potest inquiri fama
publica præcedente & clamore insinuatione referen-
te,& ita refert Alber.de gandi.in suo libello recitan
do aliorum opiniones,& si ita esset consuetudo,seruã
da esset.ipsa enim est optima legum interpres ut.l.si
de interpretatione.ff.de legib.&.l.de quibus.co.titu.
Sed illa opi.glo. quæ dicit in illis casibus exceptuatis
tantum posse procedi,non est uera,salua pace, nam re
perio multos casus vltra illos,in quibus potest per in-
103 quisitionem procedi. Primò contra omnem sacri-
legum, contra latronem & plagiarium . ut.l.iiij.§.
104 mandatis,ad.l.Iuli .pecula. Item contra facientes

seditionem contra Ciuitatem.in auc.de mandat.Prin
105 *ci.§.fin. Item uidetur posse inquiri regulariter cõtra omnem malum hominem, ut.l.congruit.ff.de offi. præsi.ibi,inquirit &c.propter quod Nicola.Matharell.in quadam sua disputa.recessit ab opi.gl.& dixit ꝙ ex.vj.causis posset inquiri & procedi per modum inquisitionis,quas causas.D.Bar.per modum regula-*
106 *rum sibi assumpsit in.d.§.si publico, Primò enim ad denunciationem officialis.ut.l.ea quidem.C.de accusa.& intellige de officiali publico ad hæc deputato ut.l.Diuus,de custo.reo.& ideò per statuta deputantur ĩ Comitatu custodes ne maleficia cõmittant,licet statutũ ultra non procedat ꝙ possint maleficia denunciari,tamen poterunt maleficia denunciare.l.ab accu*
107 *satiõe.§.nũciatores.ff.ad Turpil.Ex quo enim positi sunt ad custodiã denũciare de custodia est, & qa sunt*
108 *officiales publici, ergo denunciabunt ut ibi no.Secũdo pôt inqri p ĩcidẽtẽ cognitionẽ.C.de testib.l.nullũ,*
109 *de proba.l.pen.si aduers.liberta.l.pen. Tertiò propter generalem inquisitionem præcedentem. aliàs generalis inquisitio esset frustratoria,& ita intelligitur l.congruit,de offi.præsid.& d.l.iiij.§.mandatis.& in auc.de collatio.§.iubemus,et ĩ auc.ut nulli iudi ĩ prin*
110 *cip. Quarto vbicunque maleficium coram iudice committitur,ut falsa charta.ut.l. Iubemus.C.de proba.Quinto propter atrocitatẽ criminis, ut.C.de epis.*
111 *& cleri.l.si quis in hoc genus.Sexto propter crimĩnis notorietatem.ut.d.l.ea quidem.Addit Barto. se-*
112 *ptimum casum ubicunque sine metu calumniæ,&*

sine solennitate inscriptionis procedit accusatio, ibi potest īquiri. hoc probat ipse per multas rationes. Primò sic dicit ipse, ratio quare ubi ad denunciationem officialis proceditur potest inquiri est, quia iudex excusatur ab omni presumpta calumnia ratione officij quod gerit, & ratione nunciationis supra factæ: sicut tutor qui accusat testamentum de falsa instigatione matris pupilli uel libertorum excusatur. l. tutorem. ff. de hijs quib. ut indig. & hoc etiam probatur, quia ubi crimen incidit sine metu calumniæ admittitur quis ad accusandum, ut. l. qui cum maior. §. libertus, de bonis liberto. & eodem modo tunc permittitur inquisitio, ut ibi no. Hoc ēt probat ipse per alia exempla, quę non recito, quia laboriosum esset potius q̄ subtile. Sed salua sua reuerentia, sua doctrina non placet mihi, ꝙ vbicunq; potest procedi sine metu calumniæ ꝙ ibi possit inquiri. Finge enim rumorem falsò esse prolatum, & famā publicam præcedere, q Titius commis-
113 sit maleficium aliquod, certè talis rumor & talis fama ab omni præsumpta calumnia excusat accusatorem, scilicet à calumnia præsumpta, ut. l. Pacumeuius, de hære. institu. l. cum quidam. §. quod dicitur, de acquiren. hære. C. de testa. milit a. l. si quod uel in utero, & hoc tenēt Doctor. expreßè. j. si seruus aut liber ad decurio. offi. aspira. l. ij. & tamen non dubito quòd non potest inquiri de omni maleficio, de quo rumor uel fama præcedit, ut infra patebit. Item reperio casum in quo ad denunciam officialis, non propter incidentem cognitionem, non ob generalem inquisitio-

nem præcedentem, non propter criminis atrocitatem, non propter criminis magnitudinem, non propter eius notorietatē, non propter offenſſam partem & iudicē poteſt inquiri & ī crimine ſuſpecti tutoris & ſic opi. Doctor. & Nico. Mattha. non eſt bona nec poteſt dici quòd poſſit inquiri in tali delicto, ī quo procedi poſit ſine metu calumniæ, & ſine ſolennitate inſcriptionis, quia non eſt uerū, immò requiritur inſcriptio, & accuſator poteſt de calumnia puniri, ut not. Glo. in. l. j. de ſuſpect. tuto. in prin. & inſti. eo. tit. in prin. & per Cy. de ſuſpect. tutorib. l. fina. Ex prædictis patet quòd nec D. Nico. Mattha. nec D. Bar. nec D. Guli. poſſunt ſubſtineri. Itē nec eſt vera dictorū ipſorum opinio. ꝙ propter præcedentem inquiſitionem generalē de quolibet crimine poteſt inquiri, ne inquiſitio generalis ſit fruſtratoria, ſi enim hoc eſſet verum, ſemper poſſet fieri fraus legi, quia incontinenti, cum iudex uellet inquirere contra aliquem formaret inquiſitionem generalem, & poſtea ad ſpecialem deſcenderet, & ſic circumueniretur lex & dictū illud Mulier nemo te accuſat &c. quam circonuentionem euitare debemus, ut lex dicatur poſita uerbis & non rebus. ut. l. non dubium. C. de legi. & pro certo, hæc eorum opinio
114 non eſt uera Nec obſtat quòd aliàs inquiſitio generalis eſſet fruſtratoria, quia nego, nam pro cauſa inueſtigatur crimen, & quando eſt tale de quo poteſt inquiri deſcendetur ad ſpecialem inquiſitionem, & ſic multum operatur, quia inquiſitio primò fieri non poterat, cum crimen eſſet incognitum & non inueſtigatum

tum. Ideò Alij dicunt q̄ ĩquisitio est duplex, una quę fit principaliter propter se, & ex officio iudicis, Alia, mercenaria seu incidens quæ fit ex officio mercena-
115 rio, seu incidenti. Prima inquisitio nobilis fit trib. modis, Primò quando per famam imploratur ut. l. Iu stissimos. de offi. rector. prouincię. nam fama habet lo cum accusatoris, & totus populus reum defendere ui detur, vt. d. c. qualiter, & quando, Secundus quando prouocatur. ut extra de accusa. c. cū oporteat. Tertius cum per publicum nunciatorem excitatur. C. de accusa. l. ea quidem, & ff. de custo. reo. l. Diuus. & l. ab accusatore. §. nunciatores. ff. ad Turpil. de offi. prefe.
116 uigil. l. j. Ex quibus eorum opinio. credo ueram de Iure Canonico, secundum quod inquisitio est remediū ordinarium, vt extra de senten. excommunica. c. dilecto, sed de iure ciuili ex sola fama non inquiritur, nec hoc reperio. nec obstat q̄ fama uidetur accusare, quia non sufficit accusatio nisi fiat inscriptio. ff. de accusatio. l. libellorum sed fama se non subscribit ergo &c. Itē quod dicūt de promotione similiter nō est uerū de iure ciuili, non enim sufficit crimen promouere nisi accusatio instituatur solenniter. ut. d. l. libellorum.
117 Si uerò loquimur de inquisitione mercenaria incidenter, semper potest inquiri ratione incidentis cognitionis sic ĩtelligiť. l. iubemus. C. de ꝓbatio. & C. de te
118 stib. l. nullum, Quid dicemus, Istud est difficile intrando doctrinam, & potißimè uisis glo. & tantorū Doctorum opinio. dico enim inquisitionē formari ex duabus causis uel ob priuatam utilitatem principa-

liter uel ob publicam in duabus causis, vel in causa iuris ciuilis & pecuniaria, vel in causa criminali, Ad. priuatam utilitatem regulariter non potest inquiri, quia omnia, quę in iudicio aguntur ad postulationem partis agitanda sunt, non ex officio, ut.C. quæ desunt aduocat.l.j.ff.de indici.l.ad peremptoriũ. C. quomo. & quan.iud.auc.qui semel .C. ad trebellia.l. sanci-
119 mus. Fallit in crimine suspecti tutoris etiam quoad utilitatem pupillorum inquiritur enim nemine postulante ut.l.j. & .l.iij.§. pręterea .ff.de suspect.tuto. Et hoc solum casum dicit Bar.in quo de iure ciuili ad priuatam utilitatem potest inquiri principaliter, Primò circa dationem tutoris, qui dari ex officio potest nullo petente, vt.l.traden.qui pet.tuto. & de confirma.tuto.l.tutores à patrono.Instit.de auctorita.tuto. §.sed hodie.iure.Item censitor ad vtilitatem priuatorum nè interim tributis & alijs vexationibus vexetur in auc.de mandat.princi.§.colliges.coll.iij. Item
120 video, quòd episcopus in causa vsurarij iuquirit cõtra usurarium, ut priuato usuras restituat.ut in.c. ad nostram, extra de iure iura.& in omnibus ijs casibus dico inquiri ad utilitatem priuatorum, & posse procedi per viam inquisitionis per iura allegata, in alijs autem casibus quantum ad hunc effectum dico inquisitionem esse prohibitam. Ad publicam autem utilitatẽ do regulas ĩfrascriptas. Primo ĩ omnib.
121 casib.mere ciuilib.prĩcipaliter vtilitatẽ Reipublicę respiciẽtibus, potest per inquisitionẽ procedi ut hic, & infra de exact.tributo.l.missi opinatores, & .C. de bon.

bon. proscript. l. si quis intra, ratio est, quia non agitur de præiudicio priuatorum cum causa sit merè ciuilis & pecuniaria. & ideò magis est de facili inquisitio concedenda. In causis uerò criminalibus do quatuor regulas, tres affirmatiuas & unam negatiuam; Affirmatiuæ sunt istæ, Prima ꝙ ubicunq; crimen est tale quod accusando aliqua iuris solennitas relexatur, de eo crimine potest inquiri. Secunda regula est, ꝙ ubicunque crimen aliquod committitur coram iudice, ita ꝙ offendatur pars & iudicis maiestas, de eo potest inquiri. Tertia regula est, ꝙ ubicunque crimen est de atrocioribus fama publica præcedente à fide dignis, de eo potest inquiri. Quarta regula negatiua est quòd exceptis dictis casibus, inquisitio est prohibita.
122 Prima regula probatur. C. de accusatio. l. ea quidē, & d. l. Diuus, & d. l. nunciatores; Ratio enim quare ad denūciationem publici officialis potest inquiri est; quia denunciatione crimen fit notoriū, ut. d. l. ea quidem, Sed non est dubium ꝙ de crimine notorio quando proceditur per accusationem, multa iuris solennitas relaxatur, ut l. j. c. qui & aduers. quos. & per Inno. in. c. ad nostram, de cohabitatio. cleric. & mulier. Cum ergo in crimine notorio multa solennitas relaxatur & hec etiam relaxetur, quia licet alius sit necessarius accusator, nunc per officium potest procedi. & per uiam inquisitionis, ut d. c. nostra, Item regu-
123 la probatur de suspect. tut. l. j. & iij. §. præterea. nā in crimine non admittitur mulier accusans, nisi suā uel suorum iniuriam prosequatur. C. ad Turpillia. l.

si fœmina.ff.de accusatio.l.hos accusare,& tamē de suspecto mulier accusat,cum enim in tali crimine relaxetur talis solennitas:quia in regulis accusator admittitur.Ista alia solennitas relaxatur, quia poterit per inquisitionem procedi. Item hoc probatur.ff.de adult.l.si maritus,possunt etiam omnes aliæ leges in quibus quis admittitur ad accusandum sine metu calumnię,quos supradixi.Nam in eis hæc solēnitas de natura maleficij relaxatur,similiter relaxabitur & alia.ut posset per uiam inquisitionis procedi: Posses tamen dicere istę leges ultimo loco allegatę non faciunt ad propositum.Nam cum fama publica pręcedit,excusatur quis à præsumpta calumnia,& tamen ex sola fama non potest inquiri,ut supra dictum est, Ad hoc respondeo,ꝙ licet fama excuset à calumnia præsumpta,non tamen excusat à uera, ideò non obstat,Ego autem loquor cum à uera uenit,quod crimē est tale quòd admitti potest,accusator uerò puniri po

124 test de calumnia presumpta uel uera,Secunda regula probatur.C.de testib.l.nullum,&.C. de probat.l.iubemus,Si quis enim coram iudice produxit falsum testem,uel utitur falso instrumento offendit aures iudicis, & propter hoc meritò propter offensam maiestatis & partis,de tali crimine inquiritur, hoc

125 etiam probatur.C.si aduers.lib.l.pe.Tertia regula probatur ad.l.Iuli.pecula.l.iiij.§.in mandatis,& de offi.presi.l.congruit. video enim ꝙ in istis atrocibus solennitas iuris ciuilis relaxatur ut.l. prouinciarum. C.de feri.ergo ratione prædicta per inquisitionē procedi

cedi poterit. Intereſt enim in tãtum rei publicæ atrocia delicta puniri ut prouincia purgetur malis hominibus & pacata ſemper in quiete permaneat, quare æquum eſt ꝙ quis poſſit ſine accuſatore puniri ut di-
126 ctis iuribus, &c. Crimina autem atrocia collige ex no. in. l. ad ea, & in. l. ferè in omnibus. ff. de reg. iur. & l. liber homo. ff. ad. l. Aquil. de mino. l. auxilium. §. in delictis, in auct. de manda. prin. §. nec autem homicidis, col. iij. in auctẽn. de nupt. §. nunciatores, coll. v. Ex quib. legib. collige manifeſte ĩ qb. criminib. hodie poteſt inquiri propter criminis atrocitatem probatur expreſſe in. l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſc. & cleri.
127 Quarta regula probatur in. l. reſcripto. §. ſi quis accuſatorem. ſupra allegat. Sed incidenter quæritur de quæſtione, quam hoc anno uidi de facto in ciuitate
128 Aretij. Quidã Nicola Aretinus commiſit homicidium in territorio Florentino, unde origo erat, vnde Aretium rediens fuit captus per familiam poteſtatis, qui poteſtas per officium inquirebat contra eũ de dicto homicidio dicens eum ſibi fore ſubditum ratione incolatus & homicidij, ut. l. ij. C. ubi de crimi. agi. opor. & auctẽn. ibi poſita, & in corpore vnde ſummitur, & de incolis. l. ciues, ubi ſenator. uel clariſſi. l. ij. Ex aduerſo obijciebant quod iſtud eſt quãdo de crimine proceditur per uiam accuſationis, ſed ꝑ modum inquiſitionis non poteſt procedi contra ſubditum extra territorium delinquentem, quia cum delinquit extra territorium, maieſtas iudicis non eſt offenſa: & hanc partem tenet Alb. de gandi. in ſuo libello. Cyn

qui Senis disputauit tenuit contrarium & bene cuius disputationem non recito, & opinio sua probatur per casum legis .C. de episcop. & cleri.l.si quis in hoc genus.nam ibi delictum fuit cōmissum in ecclesia, & sic extra territorium iudicis secularis, & tamen de tali delicto inquirit, & ita fuit iudicatum de facto.
129 De tertio principali articulo, scilicet ex quibus causis possit inquisitio impugnari, assignari potest regula quæ non fallit, scilicet ꝙ impugnari potest semper. scilicet cùm deficit aliquid ad inquisitionis substantiam necessarium. hoc enim regulare est in omni accusatione, ut ob talem defectum semper impugnari possit. ut. ff. de translationi. l. cùm hij. § . pretor, & ī auc. de heredi. & fal. §. si verò, non fecerit, colla. j. de sacro sanc. ecc. auc. hoc ius porrectū & infinitis iurib. Quid aūt sit de substantia inquisitionis infra statim patebit
130 in. v. articulo, De quarto principali articulo, qui iudices possint inquirere, trado regulam talem. videlicet, ꝙ super causis meri imperij solus iudex habēs merum imperium principaliter, quia eius negocij ipse habet iurisdictionem principaliter & non alius. ff. de iurisdi. om iudi. l. Imperium. & l. iubere cauere. Incidēter autem iudex ciuilium causarum poterit inquirere de causis meri imperij, vt. C. de testib. l. nullum, de proba. l. Iubemus, si aduers. liber. l. pe. Ratio est, quia causa incidentis cognitionis causa meri imperij ad suam iurisdictionem deuoluta est, ut. l. quoties. C. de
131 iudi. Sed tunc quæro, licet iudex possit contra testem coram se falsum deponentem inquirere etiam si

non habet merũ imperium, an inquiret ut puniat pœna ordinaria, an uero extraordinariè tantum puniet. glo. in. d. l. nullum, dicit ꝙ pœna tantum extraordinaria, & idem sentit in euc. de testib. §. si uerò quidam, facit. ff. de quæstioni. l. vnus. §. testes. vj. q. v. c. aliqui, Alij dixerunt ꝙ omnino pena ordinaria punitur, per. l. pen. ff. de fals. ff. de testi. l. j. Specul. in tit. de fals. §. j. uers. sed nunquid iudex falsum testem, & hęc est ueritas, quando ille qui inquirit non habet aliter merum imperium, tunc enim posset pœna ordinaria per. d. l. pe. & per. l. j. de testib. Sed si non habet aliter merum imperium credo quòd non possit punire pœna ordinaria nisi prius consulto Principe, ut. d. l. pen. probatur.

132 Et ideò quia in ciuitate Perusij Priores & Camerarij tenent locum Principis, quia non recognoscunt superiorem, si coram aliquo iudice causarum ciuiliũ testis falsum deponeret, ille iudex consultis prioribus & Camerarijs posset dictum testem punire pœna ordinaria: Per hoc dixi iã in quæstione de facto, quòd dum quidam testis diceret falsum commisisse coram Capitaneo ciuitatis, qui solũ habebat officium ad custodiam dictæ ciuitatis, ꝙ tunc puniri poterat extra

133 ordinem. Sed tunc dubitabatur de uno clerico, qui coram iudice laico falsum testimonium deposuerat, an poterit puniri extra ordinem per iudicem laicum. uidetur ꝙ sic per iura supra allegata, & hoc tenet gl. in. d. l. nullum, & idem ibi refert Cy. dicendo ꝙ hic est casus specialis, in quo iudex laicus exercet iurisdictionem in clericos. licet aliàs regulariter sit contra-

rium.de sen.excommunica.c.si iudex laicus . lib . vj.
Ray.de Forliuio dixit contrarium per .c. si diligenter,extrà de for.compet.ueritas est q de iure antiquo uerum dixit gl.& Pet. & Cy. Sed de iure Canonico uerum dicit Rayn.quod est hodie iure auc. assumptũ C.de epis.& cleri.auct.statuimus.
134 Sed tunc restat uidere , quid si iudex inquirens punit extra ordinem inquisitum cum non possit eum punire pœna ordinaria,an per talem punitionem tollatur pœna ordinaria ex toto : argu. q sic ; quia nemo duabus legibus puniri potest,ut l.senatus.ff.de accu. Item quia utraque est pœnalis,ergo una per alteram tollitur,ut.ff.de iniuri .l. pretor edixit .§. si dicatur. Contrarium tenet glo.in.d.l.nullum ; pro quo facit .ff. de fals.l.j.& .ff.de testib.l.q falsa. Nec obstat q duab. legibus quis nõ põt puniri,quia concedo ubi ambo puniunt pœna ordinaria , sed ordinaria non tollitur per
135 extraordinariam in eo,quod plus est. quia auxiliũ extraordinarium nunquam tollit ordinariũ in eo in quo est plus,immo nec unũ ordinarium tollit aliud.ut not.in.d.l.Senatus,& est text.C. de sepul. viola.l.qui sepulcbra.Et per hoc dixi semel in quæstione de facto.
136 Quidam Eugubinus interfecerat quendam Perusinum in territorio Eugubino , & in Ciuitate Eugubij fuit inquisitus,& condemnatus secundum formã statutorum Ciuitatis Eugubij in.cccc.libris,& eas soluit demum cum venisset Perusium fuit captus et de eodem maleficio inquisitus tempore Domini Quirici de Nouaria Capitanei Perusij, & ad pœnam capitis cõ

demnatus

demnatus ex forma statuti disponentis q quicunque forensis occiderit Perusinum capite puniatur, dixi & dico quòd talis homicida non obstante prima inquisitione & executione ipsius potest condemnari p praallegata iura, hoc etiam sentit Bart. in. d. l. Senatus.

137 Item per hoc dici potest, q si quis de simplici uulnere fuit accusatus, condemnatus, & punitus, quòd iterato poterit accusari ut penæ augmententur ratione qualitatis omissæ, hoc est ratione cicatricis. hoc idem tenent Doctor in. d. l. Senatus. quod intellige nisi ille qui de dicto uulnere accusauit dolosè cicatricē omisit, ad hoc ut accusatus haberet materiam comparendi, & eo posteà comparente, eum de cicatrice accuset quia ratione doli repellitur accusans. ff. de iniur. l. pretor edixit. §. si in plures. Sed incidenter quæritur circa prædicta.

138 Testis coram iudice merum imperiū non habente, falsum testimonium deposuit an poterit eum punire donec eū habet in fortiam, an uerò postq̄ se absentauerit; dic q postq̄ se absentauit, quia eum citari faciet, ut in auct. ut indi. sine quo. suffra. §. si qs uerò comprehensorum. & hoc tenet specul. in titu. de fals. §. vers. sed nunquid iudex falsum testem.

139 Sed tūc quæro, An iudex testē q corā eo falsum deposuit possit punire lata sententia in causa principali procedendo per inquisitionē uidetur quòd non, nā ex quo crimen incidit in causam, terminādum est ante quàm causa finiatur scilicet ante quàm ferat sententia in causa principali. C. de colla. l. j. Veritas est q

aut deposuit coram iudice habente merum imperium & tunc potest ẽt postea inquiri.quiá tale delictum cũ causa nõ finitur, Quinimmò usq; ad.xxx.annos.põt de eo cognosci,ut.C.de fals.l.quærela; Si uero deposuit coram iudice merum imperium non habente, tũc ratio incidentis quæstionis facit, ut eius sit cognitio, ut iam dictum est,quia incidens sapit naturam eius, cui incidit de quo debet pronunciari anteq̃ de principali.ut.l.j.C.de ordi.cogni.Si igitur lite principali pẽdente de hoc non est cognitum causa finita de eo talis index non cognoscit arg.l.j.de collationi.

140 Sed quæro ĩcidenter.An testis falsum deponens coram arbitro poterit per eum puniri extra ordinem,uidetur quòd sic,nam arbitria sunt ad instar iudiciorũ redacta.ut.ff.de arbit.l.j.Sed iudex põt ut supra ꝓba

141 tũ est ergo & arbiter. Item uideo ꝙ incidenter arbiter cognoscit de causa restitutionis,quæ in eum cõpromissa nõ est.ut in.c.j extra de in integ. restit. ergo eodem modo puniet testem falsum,Dic ꝙ si est arbiter compromissarius, ꝙ non potest punire, quia punitio non est nisi per iurisdictionem attributa. sed ar

142 biter caret omni iurisdictione.quod patet quia ab eius sententia non appellatur,nec ex ea oritur actio,

143 uel exceptio,ut.l.j.C.de arbit.Item potestas arbitri est adeo limitata, quòd de rebus extra compromissum & partes compromittentes nullo modo cognoscit,ut.l.non distinguemus.§.de officio.ff.de arbit.

144 & patet quia coram eo non fit reconuentio, ut extra de arbit. c. cum dilectus,ergo cum testis in

eum

eum non compromiserit, non poterit in eum animad
145 uertere. Non obstat quia arbitria sunt ad instar
iudiciorum redacta, quia concedo respectu eorũ quæ
compromissa sunt; & nõ quo ad alia, quod patet, quia
iudices maiores habent & largas habenas, ut l. ędiles
146 §. item sciendum. de ędili. edict.
Non obstat cap. primũ de in integrum restitutio.
quia arbiter de causa restitutionis cognoscit ex eo,
quia causa restitutionis non est extra negotium
compromissum, sed ipsi negotio adhęret. sed falsus te-
stis est omnino extra causam & personas compromit
tentes, & ideo fortè nec partes falsum committentes
147 potest punire. Et per hoc dici potest. quod arbiter de
sumptibus condemnare potest. licet hoc non sit in com
promissum expressum, quia causa sumptuũ nõ est ex
tra causam, nec extra personas compromittentes, vt.
d. § item sciendum, & hoc sentit glo. in. d. c. pri. Sed si
esset arbiter iurisdictionem habens; prout sunt arbitri
qui eliguntur in ciuitate Perusij, qui iurisdictionem
habent à statuto: tunc credo, ꝙ qua ratione iudex non
habens imperium testem coram se falsum testimoniũ
deponentem, & partem coram eo utentem falso in-
strumento potest punire, eadem ratione talis arbiter,
nam negari non potest, quin iurisdictionem habeat à
statuto, ut l. j. de offi. eius cui mand. est iurisd. hoc ta-
men nunquàm uidi Perusij ubi tales arbitri eligun-
tur de consuetudine obseruari: sed de iure fieri pos-
set ut dixi.
148 Sed nunc dubitatur, Compromissum uoluntarium

factum est in habentem imperium, coram quo litigatum est ut coram arbitro, & testis coram eo falsum deposuit: an eũ extra ordinem puniet ut arbiter, dic ꝙ non poterit ratione prædicta, ut iudex autem bene potest eum punire: quia testem deponentẽ falsum coram arbitro iudex punire potest, ut. C. de testa. l. cum apud, Aduertendum est quòd si talis iudex non habuisset imperium, sed solum iurisdictionem nullo modo posset eum punire, nam aut uellet eum punire ut arbiter, & non posset ratione prædicta, aut uellet eũ punire ut iudex; & tunc aut principaliter uel ordinariè, & non posset; quia non habet imperium: Aut extra ordinem ratione incidentis quæstionis seu cognitionis, & similiter non potest: quia non incidit quæstio coram eo tanq̃ coram iudice, sed tanquam coram arbitro, & sic nil ad rem, cum hæc sint diuersa. ut. l. episcopalis, supra de episco. audien.

149 Sed quero est prorogata iurisdictio iudicis cartularij. quod fieri potest. ut. l. j. ff. de iudi. An poterit punire testem coram eo falsum testimonium deponentẽ uidetur quòd sic ex generalitate. l. nullum. C. de testi. Item quia iurisdictionem ordinariam habet, & ipsius exercitium, respectu eius de quo in eum prorogatio facta est, eadẽ ergo ratione hoc facere poterit, quia

150 potest hoc alius iudex, pro hoc facit, quia iudex cartularius potest incidenter cognoscere de eo de quo nõ potest principaliter ut in. c. j. de in integ. restit. eoden ergo modo poterit punire testem falsum, uel parten

151 coram eo utentem falso instrumento. Et idem credo in

do in iudice delegato ad vnam causam, ut incidenter possit cognoscere & punire falsum testem, per d.c.p. & per iura prᴇallegata.
152 Sed quᴇro iudex maior coram minori iudice dixit falsum testimonium an per eum puniri poterit, videtur ꝙ sic per d.l. nullum, & ita tenet Iaco. de Aret. Alij tenēt cōtrariū & dicunt ꝙ mittent ad iudicē superiorem. xxxj. alias. xi dist. c. inferiorum. de maiori ta. & obedien. c. cum inferior, Alij dicunt quòd si in illo loco, in quo falsum testimonium est depositum iudex est maior, & tunc ad eum fit remissio. iij. q. vij. c. j. aliàs ab eo iudex potest puniri. & ita tenet Specul. in tit. de teste. §. j. vers. quid si is qui tullit. Ego sto cū
153 Iaco. de Are. Ratio huius est, quia incontinenti cū quis testificatur, iurisdictioni iudicis coram quo testificatur se submittit, ut. d. l nullum, ergo ab eo ratione submissionis puniri potest. ff. de iur. om. iud. l. est receptum et in. c. prᴂallegato. Non obstat ꝙ ille qui perhibuit testimonium est maior quia respectu eiusdem quo testificatur est minor regula enim est quod spectat ad iurisdictionem alicuius ille iudex cuius est iurisdictio intelligitur maior omni alio. ut. l. apud eum
154 ff. de manumiss. Ex quibus patet an scholaris qui deponit falsum coram iudice possit uti priuilegio auct habita. & iurisdictionem ipsius iudicis inquirentis declinare, & dico quòd non per. d. l. nullum. Et in criminali. d. auth. non habet locum ut in auct. de manda. prin. § non permittit. Quod bene no. Vidimus qui iudices possint inquirere de causis &c.

ri imperij, tam principaliter quàm incidenter, restat
155 igitur uidere qui iudices possint inquirere de causis merè pecuniarijs & ciuilibus, ad publicam utilitatem spectantibus. circa hoc potest dari doctrina de facili, quod omnis iudex ad cuius officium notitia seu cognitio talis causę spectat, ille potest de illa causa per inquisitionem procedere, ut est tex. hic & in d. l. si qs intra, cum similib. Ad priuatam autem utilitatē dic, quod ad remouendum tutorem uel curatorem tanquam suspectum Pretor inquirit, uel etiam suus delegatus in prouintia. nā proconsul & legatus proconsulis & legatus presidis de suspecto non cognoscunt, & hęc doctrina traditur de suspect. tutor. l. j. in glo. & ff. ad Tertullia. l. j. §. suspecti. Et ideo cum hodie potestates terrarum in terra quam regunt teneant locum Presidis coram Commune porrigēda est accusatio de suspecto, non coram iudicibus per eos delegatis: Cum autē fit inquisitio pro dando tutore uel curatore Præses Romæ inquirit uel prætor in prouincia, Præses vel magistratus municipalis iussu iudicis cùm facultates pupilli non excedunt quantitatem quinque aureorū. Instit. de aucto. tuto. §. j. de tutor. & curatori. l. Iusiu.
156 Et per hoc patet quod tutoris datio delegari potest iurisdictionem habenti, non autem non habenti; dum tamen facultates pupilli dictam summam non excedāt ut l. nec mandati. ff. de tutor. & curato. dat. ab
157 hijs. Et ideò potestates terrarum hodie tutores dabunt non autem iudices delegati per eos, nisi faciant iussu Potestatis Perusij. tamen non per formam statu

ti iu-

ti iudices potestatis illam iurisdictionem habent ĩ partibus in quibus sunt deputati, ita poterũt tutorem & curatorem dare sicut potestas, & ita de consuetudine seruatur.

158 Ad inquirendum uerò contra tributorum exactores ut patefaciant & ostendant nomina debitorum exactorum, & quid exegerunt, & ex qua causa Presses in hoc potestatem habet, ut in auc. de manda. Prin

159 ci. §. coges aũt. Ad inquirendum uerò de facultatibus subiectorum, vt non grauentur ultra eorum facultates censitor inquirit. ut l. forma. ff. de censibus.

160 Ad inquirendum verò contra vsurarium ut vsuras restituat, ordinarius loci potestatem habet, ut Episcopus Metropolitanus, Patriarcha & eorum vicarij, in. c. ad nostram, extra de reg. iur.

161 De quinto articulo, scilicet quæ sunt necessaria p inquisitionis substantia, do talem regulam. scilicet q quinque sunt necessaria, vnum ex parte iudicis inquirentis. Secundum ex parte eius contra quem inquiritur. Tertium ex parte causæ de qua inquiritur. Quartum ex parte causæ inquisitionis incidentis. Quintũ ex parte formę ipsius inquisitionis, Dixi q primum in iure requiritur ex parte iudicis inquirentis: & hoc

162 probatur, quia nisi iudex sit competens non potest inquirere. C. si à non compen. iudi. per tot. & in. c. ea,

163 quæ sunt à iudice, de reg. iur. lib. vj. Secundo requiritur ex parte eius cõtra quẽ inquiritur, pro eo quod est necesse q inquisitus sit suppositus iurisdictioni inquirentis, quo ad istũ articulũ aliàs non posset contra eũ

inquiri, ut in.c.si diligenti, extra de fo.competen.& auc.statuimus.C.de episcop.& cleri. Tertio requirit ꝙ ex parte causæ de qua inquiritur, hoc dixi pro tanto quia non de omni negocio potest per inquisitionem procedi, sed tantum in quibusdam ut supra uidimus
164 in tertio articulo, Quarto requiritur ex parte causę incidentis inquisitionis hoc dixi pro tanto quia fama publica, & clamosa insinuatio à personis fide dignis procedens est quę incitat iudices ad inquirendũ, adeò ꝙ inquisitio procedere non potest, nisi præcedat diffamatio à viris prouidis & honestis non maledicis vel maleuolis, vel malefactorib.& non semel sed pluries: & quòd sit tanta ꝙ scandalũ generet & sine periculo tollerari non possit.ut in.c.j.& c.qualiter & quando, extra de accusatio.& in.c.cum oporteat.&
165 in.c.inquisitionis, eo.tit. Fallit ubi inquiritur ad remotionem prælatorum regularium, qui tunc nõ est necesse quòd diffamatio sit tanta, vel quòd sine periculo euitari non possit, vel ꝙ scandalum generet, & est ratio quia facilius remouetur: ut in.c. qualiter
166 pręallegato.& in.l.ij.in fi.ff.de accusatio. Itẽ fallit ubi inquisitio fit præsente parte & non opponente se diffamatum non esse, uel diffamationem non pręcessisse legitimè.ut in.c.ij.de accusationi.lib.vj. Item
167 Fallit ubi inquisitio formatur cõtra confessum ci-
168 men.ut in.c.j.de accusatio.lib.vj. Quod multũ nota. quia ex hoc patet, quòd ex inquisitione carente substantialibus potest sequi condemnatio contra confessum & contra non opponentem defensio

subst.

169 *substantialium: Item fallit in inquisitione generali quę potest fieri contra caput & membra alicuius ecclesię, alicuius ciuitatis, castri, uel loci, de delicto in genere, de quo loquitur. c. j. de offi. ordina. & in. c. irrefragabili, x. q. j. placuit, de præben. c. excommunicamus, & in. c. j. §. adicimus. & ita tenet Specula. in summa in. d. c. qualiter & quādo, & in. d. c. ij. Et per*
170 *hoc patet quòd syndicatores Potestatum & Capitaneorum, qui syndicant Capitaneum & eius membra possunt contra eum inquirere de delictis commissis per eos in eorum officio non præcedente fama publica uel clamosa insinuatione, & ualde de consuetu*
171 *dine obseruatur: Item ubi per inquisitionē proceditur ad denuntiationē publici officialis, ut. C. de accusa. l. ea quidem extra de offi. cust. c. j. §. fi. & ita te*
172 *net Host. in. d. c. qualiter. Item fallit ubi inquisitio fit ad commodum publicum, in causa merè ciuili & pecuniaria, ut hic. & . d. l. si quis intra. Item fallit ubi inquiritur ad utilitatem priuati, ut insti. de Attilia. tuto. §. sed hoc iure. & . d. c. ad nostram, & . d. §. coges,*
173 *nisi forte cum inquiritur de crimine suspecti tutoris: ratio est quia cum talis inquisitio tēdat ad crimē puniendum. ut. l. hec enim. ff. de suspect. tuto. qua ratione in criminali requiritur diffamatio. eadem ratione ī causa suspecti tutoris requirit. ubi enim ratio est, eadem debet esse iuris dispositio. ff. ad. l. Aquil. l.*
174 *illud, cum similibus. Item fallit ubi iudex inquirit ex puro & mero officio & non ad postulationem al*
175 *terius: ut in. c. j. extra de offi. ordina. Et per hoc sint*

cauti Rectores, terrarum ad hoc ut ab eis non possit peti copia diffamationis, semper cum formant inquisitionem, Dicunt. Hæc est quædam inquisitio quã facit talis Rector uel iudex contra talem, ex suo mero
176 officio: Item fallit ubi iudex inquirit ex necessitate sui officij: uel ubi uertitur periculum animarum: ut de primo no. in. d. c. ad nostram. & de secũdo in. d. c. cũ inhibitio, de clan. desponsa. & de electio. c. cum nobis. §. j. & ita tenet Hostiẽ. in sum. in. d. c. qualiter & quando:

Ex prædictis patet generalis doctrina: quando specialis inquisitio formatur, an sit necesse quòd diffamatio præcedat: nam ubicunq; inquisitio formatur ad postulationem alterius, non ex necessitate officij, non ad denuntiationem officialis, & in eo super quo non uertitur periculum animarum, ibi est necessaria diffamatio secundum formam prædictam.

177 In criminalibus uerò in quibus iudex procedit ex necessitate officij, non est necessaria diffamatio: quod nota pro inquisitionibus quæ hodie formantur per rectores terrarum: an sit necesse quòd diffamatio prçcedat: Nam in criminalibus in quibus iudex tenetur inquirere ex necessitate officij non est necessaria diffamatio: Sed si inquirit de alijs de quibus non cogitur inquirere sed potest si uult si procedit ad petitionem alterius, semper oportet quòd diffamatio prçcedat: Sed si procedit ex mero officio, uel ad denuntiationem publici officialis, tũc secus, ut ex dictis iuri
178 bus patet. Sit ergo cautus aduocatus cum Potestas

format

format inquisitionẽ ad postulationẽ alterius. ut semꝑ obijciat quòd diffamatio non praecessit talis ex qua inquisitio sequi possit: & petat primò & ante omnia
179 diffamationis copiam sibi dari, ad hoc ut instrui possit quotuplex sit diffamatio, & à quibus processit an à maleuolis uel suspectis, an à fide dignis & hominibus bonę uocis, conditionis & famę: Nam si quod istorum deerit de facili poterit talis inquisitio impugnari, & aduocatus magnum consequetur honorem, ut in .d.c. qualiter & quando. & .c. inquisitionis. & .c. cum oporteat, extra de accusatio.
180 Sed quaero diffamantes Titium de delicto interrogati si sunt inimici dicunt ꝙ non, sed dicunt quòd nõ diligũt eum, an ex diffamatione talium personarum possit inquiri eo casu, quo ad inquisitionem necessaria est diffamatio, dicitur quòd non in .d.c. inquisitionis, extra de accusationibus.
181 Sed pone ꝙ diffamatores libellum diffamationis dant in occulto, an talis diffamatio sit sufficiens. dic
182 ꝙ non, ut in .d.c. inquisitionis Et ideò sit cautus iudex ut semper recipiat dicta diffamantium, ad bancum pro tribunali sedendo, ne possit obijci ꝙ diffamatio in occulto facta sit. Dixi ꝙ requiruntur quinque
183 ex parte formę inquisitionis. hoc ideò dixi. ꝙ nisi inquisitio sit aptè concepta & habeat suam debitam formam nõ potest sequi condemnatio, ut .d.c. qualiter & .d.c. inquisitionis, & .c. cum oporteat. & .c. ad petitionẽ, extra de accusatio. facit. ff. si fals. mod. dixer. l. j. Quę autem sint de forma distinguamus per aliquas

quæstiones.

Quæro igitur an anteq̃ formetur inquisitio necesse sit citare illum contra quem inquiritur, siue qui iniuriam passus est, de hoc dic ut dixi supra in principio.

184. Item quæro an iudex teneatur se inscribere ad penam talionis, dic ꝙ non. Sed aut iudex inquirit ad denuntiationem alicuius & debet denuntiatori caritatiuam monitionē facere, ut.d.c.qualiter, & d.c.ij.iuxta fin. vbi autem proceditur ex mero officio, tunc fama & clamosa insinuatio loco inscriptionis est ut.d.c.qualiter. licet isto casu absq; fama possit inquiri, ut dictum est, & ita de consuetudine obseruatur, quia nunq̃ iudex inquirens se inscribit.

185 Item in inquisitione debet opponi locus & tempus delicti & alia substantialia & aportuna in libello accusationis. & secundum formam .l. libellorum .ff. de accusatio. sed Glo. Instit. de publi. iudi. in prin. dicit ꝙ solennitates illius legis non debent in inquisitione seruari, & idē tenet Inno. in.c.fin. de purga. cano. Iacob. dicit ꝙ excepta solēnitate inscriptionis omnis alia solennitas debet seruari in inquisitione. assignat

186 rationē; quia in locum accusationis succedit, ergo sequitur eius naturā.l.j.§.hæc actio.ff.si quis testa.liber esse iuss.fue. & l.si eū.§.qui iniuriā.ff. si quis cautio. Ita limitari debet Glo. Instit. de publi. iudicijs in prin. Ad dictum Inno. responderi potest, ꝙ lege non ꝓ

187 batur; & hęc opinio placet. Itē quæro an inquisitio debeat continere conclusionem sicut libellus ciuilis; dic ꝙ non, quia nec in accusatione necessaria est conclusio,

clusio, quod patet quia non ponitur in .l. libellorum. Item quia ipsum ius concludit ad pœnam, ut .l. j. §. j. ff. ad Turpillia. ergo eodem modo non est necesse ĩ inq̃sitione, cum in locum accusationis succedat, licet tamen non sit de necessitate in utroq; casu accusationis & inquisitionis, tamen ponitur ꝑ totam Italiam, q̃a accusans semper petit accusatum puniri secundum
188 formam iuris & statutorum illius ciuitatis, & inquirens semper concludit per hæc verba super quib. omnibus & singulis & connexis dependentib. ab eisdem ac prorsus extraneis; dictus dominus iudex inq̃rit & intendit inquirere, procedere, condemnare, & punire secundum formam iuris, statutorum & ordinamentorum illius ciuitatis, & hoc est ualde utile hanc conclusionem facere, quia per hanc conclusionẽ iudex intentat certam legem in puniendo, sicut accusator potest intentare certam legẽ accusando, & hoc notat Bar. in. d. §. si publico.
189 Sed quæro tunc, si in inquisitione certa lex intentatur, uel certa qualitas deducitur, quæ si esset in accusatione, & non probaretur sequæretur absolutio, ut est exemplum. ff. ui bono. rapto. l. j. §. docere, An ex tali ĩq̃sitione sequi debeat absolutio credo quòd sic, nam condemnatio non potest fieri nisi mediante processu. sed si non probetur crimen quod intenditur sequi debet absolutio, nam probatio non est inducta sup eo super quo est factus processus nec lis contestata, nec facta inquisitio, ergo absolutio debet sequi, ut. l. denũtiasse. §. quid tamẽ. ff. de adulter. C. de eden. l. qui accu

sare,& .C.de probatio.l.sciant.

190 Sed quæro iudex inquirit contra Titium de homicidio,& in inquisitione concludit modo prædicto, reperitur postea in processu Titium fore culpabilem de furto vel de adulterio. An poterit de furto uel adulterio puniri vigore dictę inquisitionis, videtur ꝙ sic.quia iudex prædictus inquisiuit non solum de homicidio uerum etiam de omnibus dependentibus & connexis ac prorsus extraneis. Vnde etiam de hoc fortè, & adulterio inquisiuit. Tu dicas contrarium quia respectu furti, vel adulterij nullus est confinatus locus, nullum est tempus deductum: ergo hoc respectu inquisitio est inepta & generalis: & sic ex ea sequi condemnatoria de hoc nullo modo potest, ut.d.c.qualiter et.d.c.inquisitionis. Sed in contrarium multum facit.c.cum.I.& .A.extra de re iudica.vbi ex inquisitione generali quo ad delicta. & speciali quo ad personas.sequitur condemnatio.ergo, eodem modo debet sequi ĩ casu proposito: quia specialis est quoad personas & generalis quoad delicta. Sed teneo ꝙ non obstat. quia ibi loquitur quando ex quadam necessitate inquisitio est generalis quoad delicta hic uerò ex volun-

191 tate. Et prædicta uera nisi de crimine constaret ꝑ propriam confessionem. quia tunc licet illud crimen non sit in inquisitione deductum, tamen ratione confessionis sequi potest condemnatio. ita intelligitur de

192 confessis.c.ij.lib.vj. Ratio est, quia nullę sunt partes iudis in confessum præter in condemnando. ut.l.ꝑinde si occisus.§.notandum.ff.ad.l.Aquili.& no.per

Bar.

Bar. in. l. si confessus. ff. de custo. & exhibi. reo. Sed vi
193 deamus qualiter super inquisitio. sit procedendum. Circa quod dico q procedi debet contra præsentem, nam si est absens & se per contumaciam non absentauit contra eum inquiri non poterit, ut. d. c. qualiter,
194 vers. debet inquirere. sin autem per contumaciam se absentet citandus est, ut in auc. ut nulli iudi. §. si qs verò comprehensorum. & hoc certè de consuetudine non obseruatur. quia semper fit inquisitio de delicto siue inquisitus sit præsens siue absens. siue per contumaciam siue non. & uide in. l. quæsitum. ff. de re iudi ca. per Barto.
195 Item quæro an quando fit inquisitio, fieri debeat libellus inquisitionis, qui apud acta registretur in scriptis, sicut libellus accusatorius. Quidam dixerunt q non: immo in causa inquisitionis sine scriptis procedi potest, sed hanc opinionem approbat Azo. in auc. de exhiben. & introducen. re. §. scimus in gloss. in fine gloss. magnę.
196 Item quæro an in causa inquisitionis debeat lis cõtestari? dic quòd non. quia contestatio non fit nisi per interrogationem actoris & responsionem rei secutã, animo litem contestandi, ut. l. j. c. de lit. contesta. Sed hic non est accusatio, ergo non est dare contestationem; licet autem non fiat contestatio; non tamen per hoc dicas quòd in absentem poßit feri sententia, quia subest alia ratio, scilicet, quia absens damnari non potest, ut. l. absentem. ff. de pœnis.
197 Proceditur autem in causa inquisitionis hoc ordi-

ne infrascripto modo: quia inquirendus debet interrogari de hijs, de quibus iudex intēdit inquirere, ad hoc ut habeat facultatem se defendendi, & posteà debet inquisitio formari: & si iste ordo peruertatur; quia primo fiat inquisitio quàm inquisitus interrogetur inquisitio est nulla ut.d.c.qualiter, uers.si igitur, Sed de consuetudine hoc non seruatur, immo seruatur oppositum, quia primò fit inquisitio, & posteà super ea inquisitus interrogatur & examinatur.

198 Item inquisito debet dari copia testium & nomina testium ad hoc ut inquisitus possit facilius se defen
199 dere. ut in.d.c.qualiter, uers.si igitur. Et nota quòd nomina testium sunt danda inquisito post testium depositionem, ante uerò non; ad hoc ut cesset omnis materia corrumpendi testes: & ita tenet Hostien.in.d.c.
200 qualiter, in glos.super uer.nota. Item debent omnes ipsius inquisiti exceptiones & replicationes legitimę admitti, ut.d.c.qualiter.

201 Sed quæro quę probationes requirantur, ut ex inquisitione sequi possit condemnatio. Dic cùm inquiritur super laico, requiruntur super crimine probationes exactę, & necessariò concludentes, ut.l.sciant.C. de proba.& l.ubi.C.de fals.et in.c.inquisitionis.§.fi. extra de accusa. Si uerò contra religiosum inquiratur de crimine, probationes requirūtur magis exactę, ut in.c.pastoralis, extra de offi.delega.in fi.& de cohabita.clerico.c.licet, & de senten.excommu.c.cum illorū.§.si uerò claustralis, quia contra religiosum probationes diuersimodè requiruntur: quia aut inquiri-

tur contra religiosum ad correctionem secundum regulam: & tunc secundum eandem ad correctionē de plano proceditur & non seruata forma.d.c.qualiter. ut no.de appel.c.reprehensibilis, & .c.cum speciali, de regulari.c.fina.de sta.monacho. & .c.cū in singulis. et c.ea, quę, Aut ut ab administratione remoueatur. et tunc quando agitur de abbate uel priore curam habente auctoritate diocesani instituto, tūc quoad quædam seruanda est forma.d.c.qualiter, licet non quoad omnia quia uocabitur modo prædicto, ut se possit defendere, de accusatio.c.ad petitionem.§.cum igitur, et §.fi.c.cum olim.§.si uerò, de simonia.c.per tuas, & remoueri potest à dicta administratione leuius ex leuiorib. causis quàm clerici seculares, ut.d.c.per tuas in fine & in hoc spectanda est consuetudo ipsa locorum religiosorum, ut in.c.quia uerò, de appellatio. Quando uerò agitur de priore simplici, uel alio officiali tūc talis instituitur uel destituitur pro abbatis arbitrio, ut no.Hosti.in summa.in.d.c.qualiter. Sumus expediti de quinto principali articulo, & de quibusdam ĩcidentibus quæstionibus.

202 Super sexto articulo, scilicet quis sit inquisitionis effectus certa doctrina per regulas predictas tradi non potest, sed istum punctum per reliquas quæstiones examinabo. Quæro igitur primò an inquisitio habeat tantum effectum, quòd ex ea possit sequi condemnatio super hoc non insisto. quia super ea responsum est. Aut enim est ĩquisitio specialis quoad delicta. & quoad personas, Aut est generalis & singularis, Aut

omnino generalis Aut est generalsi quoad psonas necessaria generalitate, Aut generalitate voluntaria, ut dictum est supra.
203 Item quæro an post didicita testificata in causa inquisitionis possint testes examinari uidetur quòd non ut.c.de probatio auct.at qui semel,& p Innoc. in.c. cum clamor.extra de testi.Verius est q per iudicem examinari possunt ex officio suo quia cessat in eo timor subornationis,sed ad petitionẽ inquisiti, uel eius qui promouit inquisitionem non potest. & ita tenet Inno.& Bar.in.d.§.si publico,& hęc placet.
204 Item quęro utrum iudex inquirens æquiparetur p sequenti suam uel suorum iniuriam? Inno.in.c.ex parte de verbo.significa.uidetur tenere quòd quando iniuria committitur in iudicis maiestate, q iudex inqrens dicitur prosequi suam iniuriam,quod nota quia
205 ex hoc potest dici quod licet accusatio faciat silere inquisitionem.ut infra patebit,tamen quando iudex inquirit de offensa sibi facta,eo casu quo potest inquirere,tũc accusatio superueniens non facit eam silere, & hoc probatur sic.cùm plures accusant ille qui prosequitur suam iniuriam præfertur,ut.l.si plures cum concordantijs ibi positis.ff.de accusationi.Sed hic iudex prosequitur suam iniuriam,ergo prefertur,quod no.& cogita si est uerum.
206 Quæro ergo an accusatio superueniens tollat inquisitionem Dyn.in.l.item.§.fi.ff.de adulter.tenet quòd sic & ibi etiam Bar. Nam inquisitio est remedium extraordinarium,accusatio ordinarium, ergo cessat

extraordinarium ordinario superueniente.l.in causę
207 §.j.ff.de minoribus. Prætera accusator qui prosequi
tur dolorem proprium prefertur alij accusatori ut.d.
l.pluribus cum simili, ergo multo fortius inquisi-
tori.hoc tenet Azo in summa Institu.de excusatio.tu
208 to.In contrarium facit, quia ista remedia concur-
rũt in origine, ergo quod prius est intentatum prius
est consequendum, ut.l.qui prior.ff.de iudi.Item ista
auxilia competunt diuersis: quia ius inquirendi com
209 petit iudici; ius accusandi competit parti. Sed quan
do duo auxilia, unum ordinarium aliud extraordina
rium concurrunt in persona diuersorum, uel contra
diuersos quod prius intentatur prosequẽdum est ut.l.
etiam.C.si tutor vel curator inter.
210 Pretereà inquisitio succedit loco accusationis, ergo
debet idem iudicari. quod de accusatione, ut.l.j.ff.si
quis testa lib.iuss.fue.l.si cum.§.si iniuriarum.ff.si
211 quis cautio. Sed accusatio primò proposita, primò
debet ad finẽ produci, ut.d.l.q prior. ergo est inqsitio.
212 Pręterea inquisitio est inducta ad iuuandum accu
sationem; quę cum ea concurrit, ut.l.j.§.per hanc.
ff.de rei uendica.& de ope.nou.nun.l.in prouinciali.
Pręterea hoc expedit rei publicę; quia non ita cito
concludit cum iudice sicut cum parte ergo &c.
213 Accusatio præcedens tollitur per inquisitionem se
quentem, cum iudex uideat accusatorem colluden-
tem, ut quia accusator uideatur petijsse testes nescien
tes ueritatem, ut.l.ij.C.de abolitio.
214 Preterea etiam inquisitio uidetur remedium ordi-

narium,ut no.Inno.in.c.dilecto, de senten. excommunica.licet contra notet in.c.super literis.de rescrip.& hanc partem scilicet ꝙ non sileat inquisitio tenet Cy. C.de accusa.l.ea quidem. Sed contra scilicet ꝙ sileat tenet Dyn.in.c.actum legitimè. de reg.iur.lib.vj. & idem tenet guli.in.l.si seruus fugitiuus.ff.de cond.furti.& idem tenet Oldra.in sua margari.& idem tenet Specul.in tit.de inquisitio. Quid dicemus dubium est propter opinio.tantorum Doctor. tamen dici potest ꝙ aut ille qui nunc accusat promouit inquisitionem, & tũc non debet admitti,quia promouendo inquisitionem uidetur renuntiare accusationi. & iuri accusandi ergo ad istud ius reuerti non potest,ut.l.fin.C.de codicill. Aut non promouit inquisitionem & tunc si potest huic accusatori negligentia imputari:ut quia distulit accusare,usque quo nomen rei fuit receptum inter reos,& idem ut non admittatur sicut prosequens suam uel suorum iniuriam, alio accusante prius non auditur, si sciuit accusationem & vult accusare post nomen receptum inter reos. ut.l.hij tamen omnes.§.fin.ff.de accusatio.& .C.de accusatio.l.q de crimine. Sic nec iste accusator audiendus est præterea.quando iudicium agitatur per alium me patiente. & non posset agitari,me ĩuito,uideor illi consentire,nec possum postea impugnare:ut.l.sæpe.ff.de re iud. Et per Inno. plenè in.c.quamuis,extra de re iudica. Cum enim iudicium inquisitionis isto inuito agitari non possit,ex quo passus est inquisitionem formari, & super ea procedi sibi prẹiudicium generatur, ut dictis iuribus:Si

uero

uero non fuit negligens in accusando, tunc aut iudex inquirit de delicto in sua maiestate commisso, & tunc superueniens accusatio eam non tollit ut supra dictũ
215 est, Aut inquirit de alio maleficio, & tunc quia inquisitio est auxilium extraordinarium tollitur per accusationem superuenientem, quia est auxilium ordinarium, & ita intelligitur dictum Dy. & aliorum sequatium: nisi accusator concludat, quia tunc non tollitur. ut. l. ij. C. de abolitio. perpenditur aut collusio ex causis & personis. ut. l. fin. ff. de actio. & obliga.
216 & l. j. C. si quis imperato. maledix. Et ideo sit cautus iudex si uideat accusatorem colludere, interloquatur super inquisitione debere procedi, non obstante accusatione quę superuenit per collusionẽ accusatoris. Sin autem de collusione nullo modo perpendat, interloquatur super inquisitione non debere procedi obstante accusatione quę superuenit. Et hoc est uerum quando accusatio superuenit pendente iure inquisitionis. Sed si iam esset sopitum inquisitionis iudicium, tunc tollitur omnino iudiciũ accusationis. nisi accusator se doceat ignorasse inquisitionem & suam uel suorum iniuriam prosequatur ut no. Cy. C. de accusa. l. si quis
217 incendij in. iiij. q. Sed quæro in casibus in quibus inquisitio silet propter superuenientem accusationem, an probationes factę in iudicio inquisitionis prosint in processu accusationis, uidetur quod non: et hoc tenuit Old. in suo libello, quia sunt factę iter alios, ergo alijs non obstant. ut. C. res inter alios acta. per tot. Item quia testes recepti in causa inquisitionis sunt recepti

lite non contestata,ergo non tenet talis receptio in causa accusationis in qua lis contestatur. ut extra ut lit. non contesta .c. quoniam frequenter. Pro hoc facit, quia perit instantia inquisitionis,ergo perimunt acta ut.C.de iudici.l.properandum.§.& si quidem.In contrarium facit,quia ualet sententia in causa inquisitionis,ergo ualent acta necessario,ut no.Inno. de testi.c. cum causam,pro hoc quia acta in factum respicientia ualent,etiam perempta instantia. ut.l.si.C. de testib. Nec ob.ꝙ sint diuersę personę,quia iuris fictiōe sunt eedem,ut.C.de euictio.l.si ob causam.Praeterea acta accusationis ualent in processu inquisitionis; ut.C. de abolitio.l.ij.ergo & econtra valere debent, pro hoc facit.C.de arbit.l.cũ antea.& l.si .C. de testib.& .C. de libera..cau.l.iubemus,& ita tenet Gui.de suza.in lectura.l.furti .ff.de infami.Sed tu dicas ꝙ aut accusatio instituitur coram illo iudice qui cœpit inquirere: & tunc acta facta in inquisitione prosunt in accusatione, et ex hijs sequi poterit condemnatio in causa accusationis & hoc per iura secundo loco allegata.

218 Pro hoc etiam facit.quòd acta facta in ciuili prosunt in criminali,ut.l.locum.§.condemnatio.ff.de tabul.exhiben.ergo multo fortius facta inquisitione ꝓsunt in accusatione.Nec obstat ꝙ sint recepti lite nõ contestata,quia natura causę super quam lis non contestatur hoc operatur,& licet non sit facta,cum sit fa

219 cta quasi contestatio,& tantum operatur quasi cõtestatio in casib.in quib.fit contestatio,quantum operatur uera contestatio in casibus in quibus est necessa

ria

ria cōtestatio, ut plenè probatur. C. de procurator. l. nihil, & C. de lit. contesta. l. ij. Nec ob. quòd inquisitionis instantia perit, ergo pereunt acta, quia non est verum quòd acta ad decisionem tendentia pereant, ut no. in. d. §. si quidem. Si uero accusatio producitur coram alio iudice, aliud tribunal tenente tunc probationes factę in causa inquisitionis nullatenus prosunt.
220 quia in criminali testibus non testimonijs iudex debet credere. ut l. iij. §. idem Diuus de testib. & in auc. apud eloquentissimum. C. de fi. instru. Ergo talis iudex coram quo accusatio producitur de nouo testes examinabit aliàs non poterit ad condemnationē vel absolutionem procedere nisi solummodo ex testificatis coram se.
221 Sed quæro: An si inquisitio formetur per potestatem & accusatio producitur coram capitaneo an per hoc sileat inquisitio potestatis; uidetur quòd non, quasi idem iudex adendus sit. ut. l. de qua re. & l. acceptum. ff. de iudici.
In contrarium uidetur, quia electio iudicum est actoris. ut. l. iij. ff. de eo quod certo loco, & istud tenent q̄dam, & hoc uerum credo, pro eo. quia ratio quare accusatio inquisitionem tollit est, quia accusatio est auxilium ordinarium, & ordinarium. tollit extraordinarium, quę ratio hic snbsistit, ergo &c. Nō obstat. l. de qua re, quia concedo nisi aliud superueniat de nouo, quod cognitionem dicti iudicis habeat impedire. Sed hic superuenit, ergo non obstat.
222 Sed quæro an superueniente accusatione sileat in-

quisitio ipso iure, an uerò per exceptionẽ dic ꝙ exceptiõis ope sicut enim vbi quis accusatur à pluribus, si de iure suo confidet potest omnibus respondere. ut.l.si de accusa.C.de accusatio. Ita ille qui inquiritur. & accusatur si de iure suo confidit accusatori & inquisitori respondere potest, quod si non uult potest excipere ut sileat inquisitio ex qua accusatus est.

223 Item quæro. An in causa inquisitionis specialis possint testes examinari parte non citata. Guliel.in.l.furti, tenet quòd non per.l.si quando.C.de testi.& per.l.

224 iudices.ff.de fi.instru.& hoc placet, nam testes examinati parte non citata non inferunt præiudicium nõ citato.ut no.in.l.is apud quem.C.de eden.& .l.pen.C. de cri.expilla.hæredita.& .l.si quando.C.de testi.

225 Item quæro Pone dicit statutum si quis fuerit accusatus de crimine commisso de nocte possit per solẽ famam condemnari, probatam per menses tres, Modò Titius inquiritur de crimine nocturno & fama per tres menses probatur, an sequi possit cõdemnatio, dic, quia statutum loquitur quando contra vnum proceditur per accusationem & est illud statutum contra ius commune, ergo ad consequentiam non est trahendum.ut.l.quod uero.ff.de legib. Et idem dico ꝙ si statutum disponeret.ꝙ in processu accusationis possint testes recipi parte non citata non poterunt recipi in processu inquisitionis ratione prædicta.

226 Item quæro an iudex procedat super crimine notorio, dic ꝙ sic.ut.C.de accusatio.l.ea quidem, ibi circa solennitatem accusauit, ergo &c. Pro hoc facit Glo. in.l.

in.l.j.C.qui & aduerſ.quos.Inno.diſtinguit, Aut eſt notorium facti manentis,& non requiritur ordo iuris nec citatio,cum non fiat ad alium effectum.niſi ut citatus poſſit ſe defendere.& in hijs nulla cadit defenſio propter neceſſitatem,ergo in ea non erit neceſſaria citatio.Et ſuper hoc bene fuit fundata conſtitutio Imperatoris Friderici. contra Regem Robertum de qua habetur in Cle. paſtoralis, de re iudica. Aut eſt notorium facti præſumptiui.& tunc non debet ſeruari ordo iuris.ſed bene debet perſcrutari,quia per infitiationem poterit effici res dubia. Aut eſt notorium præſumptionis & tunc ſeruatur ordo iuris. ita dicit ipſe in.c.veſtra.de cohabitatio.cleri.et mulie.Nō ob. l.& quidem,quia concedo quòd non eſt neceſſarius ordo iuris quoad præparatoria cauſæ, ut quòd accuſator ſe ſubſcribat,& ꝙ accuſatio inſtituatur de crimine.Iſta enim ſunt præparatoria,& iſta relaxantur in crimine notorio. quia poteſt ſuper eo procedi: ordo tamen qui requiritur ad præparationem cauſę in notorio præſumptionis non relaxatur, nec hoc illa lex negat. Alij dicunt aut loquimur in notorio iuris, id eſt.in notorio iudicati.& tunc cum iſtud notorium ſit incidens,non mutat formā iudicij.& ideò ſecūdū formam iudicij eſt procedendum, ut patet in toto tit. de probatio.& de teſtib.&.C.de iudici. auc.iubemus. Aut eſt notorium facti, & tunc iſtud eſt notoriū omnibus,ita ꝙ celari non poſſit, nec etiam inficiari poſſit,& nō requiritur aliquis ordo iuris uel citatio.Sin autem eſt notorium negabile in iudicio,tunc eſt neceſ

saria partis citatio secundum eos. fatentur tamen quod ubicunque non interuenit partis citatio. si pars habet legitimam excusationem, sententia est nulla ipso iure & hanc excusationem pars potest allegare in causa nullitatis, secus si pars fuisset citata & contumax secundum Inno. qui ita no. in d. c. nostra. facit. ff. de bon. pos. l. iij. §. si causa cognita, & de lega. praestan. l. filius §. si quis. Item si allegatur esse notorium & negatur, & non probatur, processus est nullus, quia factus preter ordinem iudiciarium secundum Inno. & hanc nullitatem posset citatus uel non citatus in causa nullitatis probare & allegare: Aut ergo allegatur nullitas ex eo, quod nō est notorium, & hoc potest allegari & probari indistinctè in causa nullitatis. Aut allegatur nullitas, quia licet sit notorium. tamē competebat defensio, ut puta notorium est ex eo, quod ego occidi Titium, tamen re uera ipsum occidi ad meam defensionem. & isto casu si non fui citatus potero hoc allegare & probare ī causa nullitatis. Aut fui citatus, & non potero secundum Inno. Sed aduerte, quia ista possunt tolerari in criminibus ex quibus imponuntur poenę relegationis & infra. Sed in alijs in quibus imponitur pœna à relegatione supra, tunc absens damnari non pōt, ut l. absentem. ff. de pœn. licet tamen notoriū ibi sit. Hæc quę dicta sunt non possunt procedere, nisi ille qui condemnat hoc suppleat de plenitudine potestatis, & hoc est quod dicebat supplere Imperator Fridericus in d. c. pastoralis. Sed cum iudex inquirit de crimine uelut de notorio quod constat iudici nō
quod

quod sit notorium, an ex ea instantia sequi poterit cõdemnatio, verius est, quod aut iudex procedit taliter quod tenet processus etiam si nõ esset notorium crimen, & crimen est tale de quo potest inquiri licet non esset notorium, & quia qualitas notorietatis non mutat delictum nec pœnam alterat, nec processum, nec eius formam, sequi potest condemnatio, Aut processus factus est nullus, nec est crimen notorium, uel non est tale de quo potest inquiri nisi ratione necessitatis, & tunc nõ potest ex eodem processu sequi condemnatio, & hoc uidetur fuisse de mente Inno. in. c. statuimus, de off. de lega. quod intellige nisi de crimine constaret per confessionem, uel pars renuntiaret huic exceptioni, ut no. Inno. in. c. cum super, extra de confess. & est tex. in. c. ij. extra de accusatio. lib. vj. & est ratio, quia confessio inducit notorium, & in confessum nullę sunt partes iudicis nisi in condemnando l. proinde. §. j. ff. ad leg. Aquiliam.

227 Item quæro. Iudex procedit simpliciter de crimine tãquam notorio, an est necesse probari simpliciter crimen, esse notorium. Quidam quod non. immo si iudex ut priuatus scit crimẽ esse notorium sufficit, licet hoc ignoret ut iudex. ut no. Inno. in. c. ĩterposita, extra de appellationibus. Plus dicit Inno. quòd si iudex procedit super notorio licet ignoret illud esse notorium etiã tanquam priuatus, si tamen in rei ueritate crimen est commissum sufficit, ut ipse no. in. d. c. nostra. Sed contra hoc facit l. hoc autem. §. non defendi. ff. ex quib. cau. in possessio. ea. vbi non sufficit sic esse nisi sic esse

iudici constet Item quia est ordo peruersus ergo etc. ut.l.prolatam.C.de senten.Sed ad hoc ultimum ipse respondet,quòd ex quo factum est notorium non sunt necessarię pbationes Cy.ī.d.l.ea qdē sequēdo Pet.dicit ꝙ omne notoriū quod cōstat iudici ut iudici,debet pbari si negetur,arg.ff.qui accusa.non poss.l.non ignorat. nisi sit notorium ex actis causę.C.de appellatio.l.fin. aliàs ampliorem. quia in notorio iu-
228 ris iudex potest,ut.l.j.C.qui et aduersus quos,Tu dic ꝙ quoddam est notorium quod facit rem dubiam
229 saltem iudici,tunc si negetur oportet probari: quia iudex super certo,non autem super dubio,debet suam sententiam ferre,ut.l.properandum.§.& si quidem. C.de iudici.

230 Sed nunc incidenter quæritur an possit probari notorium nisi probetur factum quod dicitur esse notorium: Quidam dicunt ꝙ non loquendo de natura probationis notorij,nam qui nescit factum esse, etiā possibile est ꝙ sciat notoriū esse,nam scire est rem per causam cognoscere. Sed quomodo possem scire notorium esse Titium occisum,nisi sciam ꝙ sit occisus,cum causa meę scientię sit ipsa occisio,certè nullo modo secundum eos, Alij cōtra,quia tunc eo ipso ꝙ probatur notorium, probatur factum quod dicitur notorium,
231 vnde non oportet ꝙ testis dicat ꝙ sic fieri uidit. Sed sufficit quòd dicat tale factum esse notorium eo,quòd omnes ita dicunt,asserunt & affirmant,nemine contradicēte;Et quod ista opinio sit uera probatur, quia vsque ad centum annos erit notorium ꝙ Rex Robertus

tus

tus fuit rex Siciliȩ & Hyerusalem: & quòd Christus fuit passus, & resurrexit: Et ꝙ Io. Accurs. & Azo mortui sunt, & quòd Carthago fuit aratrum passa. Et ꝙ Iustinianus fuit Imperator, tamen nemo uiuit qui prædicta uiderit: & hoc est uerum, scilicet ꝙ notorium probari potest etiam per nescientes factum. Sed non potest probari ueritas & scientia facti. nisi sciatur factum & istud patet ad sensum.

232 Vlterius circa prædicta quæritur iudex tullit sententiam, posteà petitur dicta sententia reuocari, an iudex sit citandus. Innoc. tenet ꝙ sic. de procurato. c. in nostra. in gl. fina. circa fi. allegat de appella. c. cum speciali, in fine?

233 Item iuxta prædicta quæro, Statuto Ciuitatis Perusij cauetur, ꝙ quicunq; non soluerit impositas factas per commune perusij tempore exercitus facti per dictum Commune contra terram Cortoni, & contra gentes Domini Archiepiscopi Mediolani dictam terram occupantis non reddatur ei ius in ciuili uel criminali agendo & defendendo. Accidit ꝙ iudex ex officio suo inquirit de maleficio commisso contra personam unius qui dictas impositas non soluit, queritur igitur an talis inquisitio procedat: & ꝙ possit inquiri facit statuti personalis exceptio, quia dicit illi non soluenti, ius non reddatur, de constitutio. l. j. c. de legi. l. ij. & iij in fi. de pact. l. iurisgentium. §. pactorum, ergo ad aliam personam non porrigitur: Ad idem facit ius excipiendi mutatione personȩ. l. nam & postea. in fi. ff. de iureiuran. & de duobus reis. l. cum quæritur.

& .l.seq.pro hoc quia statutum est stricti iuris .l.constitutionibus,ad municipal.& quia conditio ex lege non est numerata in.§. actionum.Institu .de actio.& statutum loquitur strictè dum dicit, ei non reddatur ius:& sic uerba statuti uindicant sibi locum eo casu quo alius agit,nō cùm per inquisitionē proceditur.
234 Pretereà ex facto alterius alius non grauatur .l.meminerint.C.unde ui,de sacrosanct.eccle.l. iubemus.§. sane,de ser.fug.l.quicunque.si quis ius dicen. non obtempera.l.j.§.fi.
235 Nec factum priuati ad publicam læsionem redundare debet,ut.l.transigere .C. de transact.& de pact.l.si unus.§.ante omnia,de censib.l. cū prior.de publi.l.Imperator,ad.l. Iuliam de ui .l. qui cœtu.§.qui uacantem.Vbi ex delicto est quæsitum ius fisco ad pœnam.vnde factum delinquentis istud ius fisco tollere non potest.Item licet ex suo delicto nō soluens collectas reddat se indignum tamen hoc non præiudicat aliȷ́,de adult.l.iȷ́.§.qui hoc,&.§.si publico.& §.si extraneus,& de libera.cau.l.si libertū ergo &c.
Pretereà quod fauore alterius est inductum &c.l. quod fauore.de legib.sed ꝙ non soluenti non reddatur ius est introductum in fauorē Reipublicę, ergo nō debet redundare in eius læsionem.quod hic esset,maximè si pœna pecuniaria ueniret fisco applicāda.
236 & determinata causa determinatum producit effectum ut.l.cum pater.§.dulcissimis.ff.de leg.iȷ́.de collatio.l. hæc actio,de libe.agnoscē.l. Aurelius .§.Stichus,Sed causa non soluendi terminatur cum eius persona, ergo & officio terminari debet causa, ergo accusanti debet

debet obstare exceptio. non alio inquirente. Pro hoc
237 facit qui promissio inducta ad unum effectum non debet ad alium oblectari de le.j.l.si cũ omnes, ĩ prin. & l.si ancillam, de uino triti. & oleo lega.l. cum uinum de aureo & argẽ. lega.l.si quis aurum. Unde cũ statutum sit factum ut puniat non soluentem non debet extendi ut fiscum agrauet, & ius suæ protestatio
238 nis & pœnę sibi applicandę extinguat, Item uerbum reddatur, quod est in statuto de sui natura significat translationem in alium, ut Instit. de appellatio. §.appellamus. de verbo.significa.l.uerbum reddendi, Sed hic iudex sibi potius quàm alij reddit ius, ergo nõ dicitur reddere, sed potius decernere. Item hoc ver-
239 bum ius hic ponitur pro iudicio. ut. ff. de in ius uoc.
240 l.j. & .ff. de in ius uocã. in rub. & nigro Sed iudiciũ ꝓpriè cõstat ex trib. ꝑsonis, scilicet actore, iudice, & reo. ut Insti. de interdict. §.retinẽdę et. §.simplicia. & de iudi.l.trib. & de lega.iij l.librorum.§.quod tamen Cassius de uulga. & pupilla.l.verbis ciuilib. & .l. in pupillari: ergo ad istud iudicium non debemus uerba
241 statuti trahere uel extendere, nã uerba statuti sunt accipienda propriè non impropriè accipi possunt. nec extra significatum proprium. ff. de exercito .l.j.§.si is qui, de nego.gest.l.iij.§.hęc verba. Pro hoc etiam quia libertus patronum non accusat, & tamen iudex in-
242 quirit ut .l.j.c.si tutor non gessit.Ptereà quando accessorium à principali non dependet, illud quod extinguit principale non extinguit accessorium, ut .l. iij.§.si.ff.de liber. & posthu. aliàs præteri. & collige ĩ

aut.ex causa.C.eo.Sed hic ius accusandi,si esset principale ius inquirendi ab eo non dependet,ergo ius extinguens accusam non extinguit ius inquirendi. Prætereà vnumquodq; dictorum uidetur principale,ergo uno extincto remanet aliud.l.generaliter. de
243 fideicõ.& l.si duo de solutioni.ergo &c. Itẽ subrogatum aßũmit naturam eius in cuius locum subrogatur,non aũt accidens ipsius.ut.l.item ueniunt.§.idem rectè.de petitio.hæredita.Sed hic per accidens non soluẽdi non debet audiri, ergo inquisitio quę subrogatur in locum accusationis hoc casu non debet sapere suam naturam respectu huius accusantis.In contrarium uidetur quòd non possit de dicto homicidio per
244 inquisitionem procedi pluribus rationibus cum datur impunitas in aliquem,omnis uia puniendi uidetur subiata.C.de hijs qui ad eccle.confugi.l.si seruus. de adulter.l.Gracchus,aliàs non esset maleficinm im
245 punitum si per aliquem actam posset puniri. Item iudex tenet locum accusatoris & supplet.l.properandum.§.j.C.de iudici.in auc.ut omnes obed.iudici. prouincię.§.si verò de euictioni.l.sed ob causam.et l.
246 à Diuo Pio.§.si emptor.ff.de re iudic.ergo &c. Itẽ permisso prohibito in se inseparabiliter prohibetur ẽt permissum ut ff.de aqua quoti.& ęsti.l.j.§.item quæritur.de aqua pluuia.arcen.l.si interdum, de arbit.l. sed si in seruum.Sed hic licet utilitas sit reipublicę tamen in priuati iniuriam passi,& ob utilitatem,& ob eius iniuriam vindicandam ius redditur,ut.C.de iniur.l.si dominum Sed hic statutnm prohibet ergo &c.

247 Item patet ex natura pronominis ei imposita in sta tuto, quod est casus datiui, & sic se habet per modum acquisitionis, quod potest sic probari. quidquid quærit seruus quærit domino. ut. l. ij. ff. de hijs qui sunt sui vel alie. iur. Sed si stipulatur seruus ire vel agere vadit seruus domino id est, ad utilitatem domini, Vn de quandocunq; procedatur offensus idem consequi tur scilicet uindictam per pœnam rei ergo &c. & ad eius utilitatem reddetur ius, & sic fit contra statu tum. Pro hoc etiam facit versus virgilij sic inquiẽtis. Sic uos non uobis uelera fertis oues, Sic uos non uobis melificatis apes, Sic uos nõ uobis fertis aratra boues per quod patet quod ei dicitur fieri actus, ad cuius
248 utilitatẽ actus celebratur. Prꝩtereà effectus deter minatæ prouisionis curamus non modum. l. ij. §. modum. ff. de adimend. legat. de institutio. & substi- tutio. l. ij. & illud generale non refert, quid ex æquipollentibus fiat &c. Sed lex inducta est, ad determinatum effectum, ut non soluens non audiatur, Nam quid noceret non soluere, si pos- set per inquisitionem procedi certè, nihil noceret. Ad hoc optimè facit. C. de exceptio. rei iudica. l. si. ff. de arb. l. audersus. de postul. l. quos prohibet, Ad idem
249 facit, quia quando ex duobus procedit idẽ effectus, prouisio unius comprehendit alterum. ut. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & post. & l. Deo nobis. C. de episc. & cle. sol. mat. l. si cum dotem.
Prætereà hic facit de liber. præteri. l. iij. & l. p. de uer bo. signi. & l. si quis Titio. de leg. ij. Vnde non idem in

utroque uersetur, & eadem sit ratio ex conclusione
250 utriusque utrunque excluditur, Item in hijs quę nō possunt diuersa monstrari, non potest ius contrarium statui. de fide instrumento. l. scripturę. de regul. iur. l. ubi repugnantia.

251 Præterea non admittitur repugnantia in hijs quę sunt idem uel loco eiusdem habentur. ut. l. in causę. de procuratori. de fur. l. j. de condi. l. fi. de collatio. bono. l. nonnunq̃: Sed hæc uię non sunt contrarię, quia tendūt ad eundem effectum, & in omni uia idem est crimen, eadem iniuria, & eadem persona, & eadem pœna omnimodè applicanda. vnde paululū modus agendi uariatur, qui rem diuersam non facit cum duret substantia. ut. l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxcli. l. qui res §. aream. de solutioni. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de uerb. obl. Si uerò sunt diuersa ergo ius statuti de
252 bet esse diuersum: pro hoc quia pactum & res iudicata sunt paria, de stat. homin. l. ingenuum, depositi. l. j. §. si conuenit, de pact. l. legem, de regu. iur. l. res iudi
253 cata. Sed pœnę fit remissio per passum iniuriam: & res iudicata etiam in ciuili tollit omnem persecutionē criminis, etiam criminalem. ff. de iniur. l. quod Senatus, & l. prætor. §. si dicatur. & de pact. l. si tibi decē. §. quædam, & C. quando ciuil. actio præiudi. crimi. l. j. nau. caupo. stabu. l. debet. §. fi. Ergo statutum tollēdo unam uiam: & si ad unam tantum refertur tollet & aliam. Accedat quòd lex ex causa admittit in alterius præiudicium, & ille facere uidetur & uelle, ff. de uerb. signi. l. alienationis, quę sit lon. consuetu. l. ij. in fi.

in fi. magnę gl. vnde licet lex huic tantũ tollat ius accusandi. quod ipse uidetur uelle & facere, ergo sua remissione omne ius sublatum debet intelligi.

254 Præterà quando personę diuersę idem ius committunt procedẽs ex eodem facto, & ex eadem causa, ius extinguens ius in una persona extinguit & confundit in alia, maximè cum remedium extinguens procedit ab eadem persona. quę potius id participiat, de duob. reis. l. iiij. in fi. de nouatio. l. neque. §. si duo, de pact. l. si unus, in prin. & ibi no. de condi. indeb. l. fi. & facit. c. de nouatio. l. iij. Sed si officiũ loco pſonę, uel fiscus, uel offensus participaret hoc ius in solidũ, maximè in persona offensi non est potentius uel principalis. ut. l. iij. §. is cuius, de sepul. uiola. de populari. actio. l. sed si eadẽ causa, de accusationi. l. si plures, ergo statutum quod est remedium extinguens & rescindens præcedentem obligationem in eius iniuriati personam reddit omne & totum ius confusum & extinctum. l. sæpe. de re iudi. cum simili. Item omne ius personale & omnis obligatio personam exigit cui & cõtra quem, Insti. de usufru. §. j. & in prin. de stipula. seruo. l. usufructus, Insti. de actio. §. j. patet, quia ubi non potest fieri demonstratio harum personarũ uitiatur ius obligationis inchoatum, de fideicom. l. si debitori, & l. debitor, de pœnis, Sed huiusmodi iniurię obligatio non potest sustineri, quia non habet personam cui quæratur nec in personam iniuriati, cum ei ius reddi non debeat, nec persona reipublicę, quia priuata persecutio est, nec reipublicę pretẽdit, licet enim sua intersit non tamen habet a-

ctionem;ut patet in dote,quam conseruari publicè in terest:ut.l.j.ff.so.matrimo.& tamen respublica nō habet actionem ad dotem, cum ergo debeat subsistere in personam offensi quòd non remanet ius personale exigens personam ad sui substantiam sine persona, & sic uitiatur.Item quando conditio & dispositio personę offensi disponit & imprimit in ipsum eodem uel alio prosequente crimen.eadem dispositio & impressio locum habet.C.de adult.l.quoniam Alexandrum, & l.quę adulterium, & l.liberum.C. qui accusa.nō poss.Instit.de iniur.§.seruum,& §.atrox.ff.de iniur. l.prætor.§.atrocē.Sed hæc cōditio personę,quia nō soluit collectā imprimit in ipsum crimen & disponit:dispponit enim ut ei tanq̄ ut indigno ius nō reddatur quomodolibet,ergo eo uel alio prosequente idem ius statuetur.scilicet ut offendens eum libere recedat. argumento dictarum legum.Huic accedit illud argumētum,ꝙ idem iuris est de toto quoad totū, quod est de parte quoad partem,ergo &c. ut.l.quę de tota.ff.de rei uendi.Sed uideo ꝙ si ex conditione personę offensi redditur minor, uel minoratur iniuria pro quolibet alio prosequente talem iniuriam hoc consideratur,ut dictis.§.atrocem.& §.atrox.ergo ubi per conditionē personę anihilatur eadem persona eodem prosequente,uel alio priuato accusante. Si uero iudex officialis inquirit idem ius debet statui ut anihilata sit iniuria quomodolibet prosequente:& ita reperio tenuisse &
255 determinasse Iacob.Butriga. Sed contra istam determinationem uidetur glo.C. de fals.l. querela.nam

post lapsum uiginti annorum accusanti de falso, non debet ius reddi. & tamen potest de crimine inquiri. Et idem uidetur sentire glo. C. qui accusa. non poss. l. j. ubi dicitur q de crimine calumniæ pēdente accusatione non debet accusator audiri, & tamen de calumnia pēdente primo iudicio potest inquiri. Ad idem facit tex. C. de collationi. l. j. Quid dicemus quartò quando statutum facit maleficium licitum putà quia dicit q non soluens collectam possit impunè offendi. & ei ius in aliqua causa reddi non debeat, tunc de maleficio commisso in eum, sicut non potest per accusationē procedi, ita nec per inquisitionem, quia factum fuit licitum, ergo nullo modo potest puniri. ita est casus. ff. de iniuri. l. non solum. §. quanquam. & iste non est casus nostræ quæstionis: quia in quæstione prædicta non præsupponitur q impunè non possit offendi non soluens collectam, si uero non facit maleficium licitū, sed tantummodo denegat audientiam iniuriam passo sicut est in quæstione præmissa, quia statutum dicit q non soluenti collectas non reddatur ius, & tunc aut redditio iuris denegatur perpetuò, prout est in quæstione nostra, & tunc uera est opinio & determinatio Iacobi Butriga. quòd nec per inquisitionem potest procedi ut. l. si filius. §. ueterani. ff. de procura. cum aliis iuribus pro hac parte allegatis.

256 Nec obstat glos. d. l. querela. ubi querela falsi post uigesimum annum denegatur perpetuò, & tamen potest inquiri. quia illa glo. salua pace non dicit ueritatem. & contra. §. ueterani. & ita audiui Bar. in Scho

lis dicentem dum legebat. d.l. querela, per. d. §. vete-
257 rani. Aut redditio iuris denegatur ad tempus, pu
tà quia dicit statutum ꝙ non soluenti collectam non
reddatur ius usque ad annum, & tunc cùm uerba ꝓ
priè sonent quando ius redditur ad petitionem nō sol
uentis, ut supra probatum est dico ꝙ ex mero officio
inquiri potest, & ita loquitur glo. notabil. si diligēter
inspiciatur. C. q accu. nō pos. l. j. et. C. de calūniato. l. j.
258 Item quæro an damnatus ex inquisitione sit infa-
mis. Ista quæstio plene tractatur per Dominum meū
Bar. ff. de pub. iud. l. infamē in lectura, dic ut ibi ꝑ eū.
259 Item quæro an iudex inquirens possit condemnare
inquisitum in sua sententia ad restituendum damnū
passo. uidetur ꝙ sic. ut. l. interdum. §. qui furem. ff. de
furt. In contrarium facit. C. quando ciui. actio præiu-
260 di. crimina. l. j. Item quia in criminalibus non ue-
nit refectio expensarum. C. de fru. & li. expens. l. non
ignorat. & ibi per Cyn. & per eundem in proemio
Institutio. §. siue vers. calumniatoribus, extra de do.
& contuma. c. cum dilecti. de fructi. & lit. expens. l.
fina. Sed pro prima parte facit. C. de accusationi. l.
qui crimen. & est ratio, quia uenit incidēter, & hæc
uera: & ita tenet Inn. ī. c. cū oporteat, extrà de accu.
261 Nec obstat. C. quando ciuil. actio præiudi. crimi.
l. j. quia loquitur quando de ciuili agitur principali-
ter, sed expensę uenint incidenter, ergo &c. & sic
non obstat. Deo gratias, Amen.

Repetita Perusij. Mcccclxxiij. mense Nouemb'.

D. Anto_

D. ANTONII DE CANARIO

I. V. D. Tractatus de Quæstionibus & Tormentis, cum amplissimis omnium in eo contentorum summarijs.

QVAESTIONVM seu tormẽtorum materiam utilem & quotidianam colligam per modum suum, videlicet sub sex principalibus mẽbris formatis per Cy. c. de quæstioni. l. fi. & demum per Io. And. in c. cum in contemplatione, de reg. iur. in Nouella. Primò quid sit quæstio. Secundò, quando & qualiter ad tormenta & quæstiones procedi possit. Tertiò, in quibus causis. Quartò, qui homines possint torqueri, & contra quos. Quintò, quis sit effectus quæstionis, Sextò et vltimò quoties haberi potest quæstio uel tortura.

SVMMARIVM

1 Quæstio quid sit.
2 Tormentum quod sit.
3 Ieiunium dicitur tormentum.
4 Tormentum undè dicitur.
5 Quæstio idem est quod tormentum.

PRIMVM MEMBRVM.

PRIMVM Igitur membrũ est, quid sit quæstio & quid tormentum. Circa quod, primò quæ-
1 ro quid sit quæstio. & respondeo, quæstio est ueritatis inquisitio per tormenta, & per corporis dolorem. ff. de iure in. l. j. §. quæstiones. ff. ad Syllani l. j. §. quæstionem secundum Azo. in sum. eo. tit. super rubri. & Ioan. And. hoc eodem membro qui ad hoc allegatur. Nuda enim interrogatio seu leuis territio non pertinet ad hunc tractatum. ut. l. Item apud Labeonem. §. quæstionem, primo respon. ff. de iniur. Est tamen ista descriptio potius quàm diffinitio. bene addi potest ad diffinitionem. Quæstio est ueritatis inquisitio per tormenta facta à iudice in iudicio legitimè, Ratio horũ patebit ex sequentibus.

2 Secundò quæro quid est tormentum, respõdeo est ueritatis inquisitio per corporis cruciatum à iudice in iu
dicio legitimè facta: Nam ut dicit Io. And. hoc eodẽ
3 membro. Tormentum dicitur dolor & mala mansio,
4 ut. d. l. Item apud Labeonem. §. quæstionis, vnde etiã
ieiunium dicitur tormentum, sicut durus carcer. ut
5 no. in. c. j. de hære. & gl. super uer. tormẽtis. Nam tormentum dicitur torquens mentem à torqueo torques secũdum eum. Et de iure idem importat quæstio quod tormentum, ut exponit gl. in. c. j. de deposi. super uers. quæstionibus & tormentis, & probatur. ff. eo. l. j. in prin. in uer. quæstioni, & in uers. ad tormenta. & per multis leges illius tituli. & ad. §. quæstionem, sic &

cruciatus

cruciatus corporis.ff.ex quib.cau.maior.l.metum,& l.interpositas.ff.de transactio.

SVMMARIVM

1 Vt ad torturam perueniri possit, quę requirantur.
2 Indicium quid sit,& unde dicitur.nu.10.
3 Indicia quot nominibus à iure nuncupentur.
4 Præsumptio & suspicio idem sunt.
5 Indicium per duos testes probari debet.
6 Coniectura dicitur indicium.
7 Indicium quotuplex sit.
8 Indicia sufficientia ad torturam quæ sint. & nu.9. cum seq.
9 Indicium ad torturam facit unus testis.si aliæ circunstantiæ non obsistunt.& numero.24.
11 Mala conuersatio facit indicium.
12 Bonus ex mala conuersatione malus efficitur.
13 Confessio extraiudicialis an faciat indicium, & numero.33.
14 Indicium quod sit simplex uel urgens,iudicis arbitrio relinquitur.
15 Bona phisionomia prodest,& mala nocet.
16 Consuetudo mali facit indicium.
17 Iudex pro habenda ueritate potest interrogare de circunstantijs etiam remotis & se fingere uelle facere quod non uult.
18 Inconstantia & trepidatio iudici indicant ad torturam.

19 Examinans testes debet in actis scribere quando aliquid dicunt trepidando uel balbutiendo.

20 Pauor & uarietas faciunt indicium.

21 Iudex cautus facit in actis scribere examinati trepidationem & palorem. actum gestum, uultum & colorem.

22 Plura indicia an ad torturam requirantur, vel vnũ sufficiat.

23 Torqueri an quis possit ex leui indicio.

Indicium quomodò cognoscatur esse grauè vel leuè.

25 Fama an faciat indicium ad torturam.

26 Fuga an & quando ad torturam indicet.

27 Fuga facit plenam probationem contra officialem fugientem tempore syndicatus.

28 Factum comminantis facit indicium.

29 Item inimicitia prȩcedens offensionem.

30 Dominus qui dixit famulo non reuertaris domum quin de tali facto sentiam. si famulus occidit aliquem uel uulnerauerit indicium contra se habet.

31 Locutio secreta uel auricularis cũ aliquo facta, qui postea homicidium commisit, an indicium faciat.

32 Assistentia proxima cum armis est sufficiens indicium. & nu. 33.

34 Duo indicia leuia seu remota, faciunt unum urgens indicium ad torturam.

35 Arbitrio iudicis an stetur de tortura ex leui indicio.

36 Testes recipiens debet in actis ponere quanta sit fides

des

des eis adhibenda.

37 Recipiens testes an debeat scribere in actis, præsente teste & contradicente, quòd iudex reputat eum uacillare.

38 Vacillatio testium à notario scribi non debet in præsentia partis.

39 Tabellio scribens attestationes, non debet scribere, vel dicere in actis uel interserere in depositionibus testium, nisi benè uideat & cognoscat. quòd uacillent.

40 Iudici soli dicenti in receptione testium illos uacillare, an sit credendum.

41 Practica scribendi dicta testium uacillantium.

42 Indicia indubitata, quę dicantur.

43 Confessio per tormenta cum perseuerantia fama vel uerisimilitudine, aut alijs adminiculis facta indicat ueritatem.

44 Confessus in tromentis an possit reuocare confessionem, si alia indicia extent.

45 Testis unus cum alijs indicijs an faciat plenam probationem, seu dicatur probatum per indicia indubitata.

46 Condēnatio an sequi possit ex dicto unius testis torti, cum alijs indicijs.

47 Indicium qualiter, & per quot testes probari debeat.

48 Iudex qualiter ad torturam procedere debeat. & à quo tortura sit incipienda.

49 Ad torturam in qua parte iudicij debeat procedi

SECVNDVM MEMBRVM.

SECVNDVM membrum est, quando & qualiter ad tormenta procedi possit. Circa huius
1 membri primã partem. Quæro prmò quot reqrant ut ad quæstiones et tormẽta ꝓcedi possit, Respondeo

quòd

quòd dupliciter quis torqueri potest in se ipsum vide licet & in alium & utroque casu duo requiruntur: primò quod ueritas alijs probationibus nõ possit haberi. Sunt enim quæstiones ĩ subsidium inductę.l.quoties. C.eo.l.Diuus.ff.e.v.q.v.c.illi qui. Non enim est à quę stionibus inchoandum.l.j.ĩ prin.ff.eo.l.milites.§.oportet.C.eo.& .d.c.cùm in contemplatione, secũdo quòd indicia super illo facto præcedant.ut.l.j.in prin.& .l. unius.§.causa cognita.eo.ti.& d.l.milites.§.oportet. secundum Cyn.in.d.l.fin.& Io.And.in.d.c.cum in contemplatione, hoc eodem membro; & procedunt prædicta, eo casu.quo de maleficio inquiri potest, seu debet, quod quando sit dicam infra eo.memb.q.x.

2 Secundò quæro quid sit indicium, & dico sic, Indicium est notabile signum in alijs.seu alterius rei ad ipsius ueritatem habendam; & dicitur ab indicando ut.l.solent.ff.de præscrip.uerb.c.qui cum fure. Et oritur ex illo iudicis animus ad credendum malum, uel rem aliquam de qua agitur euenisse, credulitate quę commoueat ad torturam, secundum Io.And.in titu. de proba.§.fin.uer.xiij.in addi. Specu. Sunt enim indicia pars probationum.ut.l.hac consultissima.uers. deinde.C.qui testa.fac.poss.

3 Tertiò quæro. Quot nominibus indicia nuncupentur à iure, Respondeo pluribus. dicitur enim indiciũ d.l.milites.§.oportet.C.eo.l.ubi.C.de fals.& .l.sciant. C.de proba. Item dicitur uestigium, ut.d.l.ubi, documentum & d.l.sciant: Item dicitur suspicio. ut.l.j. in prin.ff.eo.& l.absentem.ff.de pœ. Item dicitur ar-

gumentum.ut l.j.§.j.& l.unius.§.j.ff.eo.ti.Item præsumptio dicitur.ut.d l.absentem.ff.de pœn. in princi. Item adminiculum:ut. d.l. sciant.C. de probatio. Et alijs quampluribus nominibus, quorum inuestigatio est potius laboriosa quàm subtilis,quouis tamen nomine nuncupentur,idem important. Nam argumentum dicitur indicium.ut.d.l j.ubi incip.C.quo.appella.non reci.l.ij.Canonizata.ij.q.vj.c. ei qui.§. sunt et quorum,&. d.l.milites .C. eo.& l.j.in princip.& l. vnius.§.in ea.ff.eo.& l.iij.§.eiusdem quoque.ff.de testib.& l.indicia,in prima gl.C.de rei uendica.

4 Item præsumptio & suspicio sunt idem in hac materia.ut not.ff.de pœn.l.absentem,licet enim ibi text. dicat ex præsumptionibus quem non debere damnari.glo.no.quòd præsumptio sola non grauat.& de tali suspicione dicit. l.j.ff.eo.in.§.j.ibi, à suspectissimo. &.§. Diui fratres.not.Io.And.in tit.de notorio crimine.§.ut autem.in prin.in addi.Specul.& glo.in.d. c.cum in contemplatione.& .x.q.vj.in summa,dicuntur indicia præsumptiones. Addo tamē ut refert & tenet Bal.ī l.ij.ff.de excusa.tuto.ubi dicit ꝙ præsumptiò est probatio probans & non probata. vnde inuitus testis facit præsumptionem quę præsumptio non probat extrinsecus,quia si probaretur per duos testes alios quòd ille testis deponit uerum esset probatum

5 ad plenum. Indicia autem non sunt probatio probata,vnde debet probari per duos testes. ut l.fin.C.famil.ercisc nn.secundum Oldrad.Ratio differentię est quia præsumptio directè tangit factum probandum.

sed

Sed indicium, secus ergo præsumptio. ut no. in. l. cum probatio. ff. de probatio. Quę dicit Bal. fore utilia & subtilia. Sed ut dixi in præsenti materia idem sunt. uel saltem unum pro reliquo sæpe assumitur.

6 Ex quo etiam apparet quod coniectura dicitur indiciũ & opinio. quę colligitur ex hijs quę no. Bar. ĩ. l. admonendi. in prin. ff. de iureiur. Neque in præsenti materia facio uim inter indicium & præsumptionem, sed inter qualitatem eorum, quia posset esse tale indiciũ quod præponderaret præsumptioni, & ecõtra. ut patebit infra eo. in iij. membro in. v. q. nec in nomine est ius de procurato. §. petitio. per Inno.

7 Quartò quæro quotuplex est indicium: & est triplex; scilicet simplex, urgens, & indubitatum. ut colligitur ex dictis Io. And. in. d. §. ut autem, de notorio crimine. in prin. in addi. Specu. & Bart. in. l. fi. ff. eod. Vrgens autem ut ibi no. tenet medium inter simplicẽ & indubitatum. de simplici dico in proxima quæstione. de indubitato infra eo. memb. in. viij. q.

8 Quintò quæro quę sint indicia sufficientia ad torturam Doctor. omnes dicunt. quòd de hoc certa doctrina dari nõ potest, sed iudicis arbitrio relinquitur. ut. l. iij. §. eiusdem quoque. ff. de testib. circunstantijs pensatis. & uisis: quę præsumptionem & suspicionẽ faciunt. ut fama, inimicitia, fuga, secundum Cyn. hoc membro. & Io. Andr. qui allegat simile de rescriptis c. statutum. §. aggressorem. lib. vj. c. cupientes, de electio. post princip. eo. & dicam in. l. iij. ff. de testi. Non enim dici potest dicit ipse, quod id quod facit semiple-

9 nam probationem sit ĩdicium in hoc casu. vnde & si dicatur ꝙ unus solus testis in criminalibus non facit semiplenam probationem, juxta no.per glo.l.ij.ff. de excusatio.tuto. faciet tamen competens indicium secundum Azo.in sum.eo. tit.vers.indicium autem. Si modo aliæ circunstantiæ non resultant:& sic solui tur.ff.eo.l.maritus.nam ibi non fuit quæstio reprobata:quia unus testis non faceret indicium, nisi vbi de facto suo ageretur, quia diceretur per ipsum depositũ uel commodatum.l.interrogari.eo.tit. Attende ergo iuxta illa quæ suspicionẽ & præsumptionẽ faciũt ut famã,inimicitias,minas,fugã & similia.ex quib.ꝓ se colligat,an locus sit torture secundum eum.post Cyn. hoc eodem membro:Idem ꝙ iudicis arbitrio relinquitur tenet magnus criminalista Alber. de gandin.in opere suo maleficio.eo.tit.Subdam tamen quandam generalem doctrinam sumptã ex dictis maximè Alber.prædicti & Bar.in locis præallegat. & demum subdam in.vij.q.certos casus,quibus Doctor.concludunt locũ fore torturę.& assummo verba dicti Alber.in hac quæstione,qui dicit in dicto ver.item quęro,quomodo & qualia, eo.titu. ꝙ talis doctrina in

10 genere dari potest,ꝙ bonus iudex debet sollicitare & instare ad indagandum indicia contra delatum de crimine:nam indicia sunt alijs probationibus proxima. & indicia dicuntur à demonstrando.& demonstratiua ueritatis,& probationis adminicula. ut.C.de probatio.l.instrumenta domestica.& l.fin.sunt enim indicia partes claræ ꝓbationis.ut.C. qui testa.face.poss.

l.hac

l. hac consultissima. §. deinde. nam indicium dicitur ab indicando. unde indicia, id est, domestica adminicula ad indagandũ ueritatem. ut. C. de adulter. l. si qui adulterij. & ff. de præscrip. uer. l. si qui solent de hoc dictum est supra eo. memb. ij. & iij. q. Debet etiam
11 curiosus iudex indagare & inquirere cum quibus omnibus, & per quæ loca conuersabatur delatus de crimine, quem torquere intendit; quoniam mala conuersatio. & malæ conuersationis indicium: ut. ff. de admi. tuto. l. si plures. §. assiduæ. Adde. l. Item apud Labeonẽ. §. qui turpibus. ff. de iniur. ibi enim assidua
12 conuersatio, nonnullã quasi præbet infamiã. Nam ex mala conuersatione, etiam bonus efficitur uitiosus ut. ff de ædili. edi. l. ædiles. §. Pedius. Ad idẽ dictum Philosobi qualis est quisquis taliũ cõsortijs delectat. Iuxta illud Ciceronis pares cum paribus &c. Adde secundum Barto. ꝙ erat vicinus & habebat domum eius albam & conuersabatur ibi l. dominus horreorum. in prin. ff. loca. nã dicit albam. qa secundũ diuersitatem locorum & uarietatem uaria colligitur coniectura. ut. C. si mancipi. ita fue. aliena. l. j. & l. aut facta. de pœnis. Habet etiam considerare cuius uitæ qs antea fuerit: & cuius æstimationis & famæ: & qualem uitam & habitum quis duxerit. Nam si malæ conditionis erat & famæ, & consuetus facere similia extat etiam indicium cõtra talem. l. de minore. §. plurimũ. ff. eo. l. non omnis. §. à Barbaris. ff. de re mili. secundum Bar. Item habet considerare secundum Alber. si ille qui de crimine inculpatur fuerit inimicus

occisi uel offensi alleg.Bart.in.l.j.§.j.ff.eo.Item si dedit operam ne malefactor caperetur. Item si contraxit amicitiam cum inimicis offensi. Item si scienter receptauit illum qui fecit offensam: Item si aufugerit de dono uel loco ubi maleficium fuerit commissum. ponit exemplum Bart. q post factum furtum aufugit & se abscondit uel absentat.ut.l.Cornelia.ff.ad Syllania.post furtum repertus est expendere monetam, cum ante fuisset pauper homo: nec reperitur vnde habeat.argu.l.quintus.ff.de donatione inter uir. & uxor.secundum Bar.Item secundum Alb.si ratione dicti criminis,fuit captus uel detentus. Item si inter prædictos prius intercesserunt uerba iniuriosa. Item si potuit prouidere ne aliud maleficium committeretur.Item si sciebat malefactores certo loco latere, & de hoc interrogatus dixit se nihil scire.Item si est publica vox & fama quod aliud maleficium commisit uel committi fecit in personam offensi uel etiā in personam alterius,secundum Alb.Item secundum Bar. quòd illa res subtracta cedebat ad commodum suum & non alterius, uerbi gratia, instrumentorum quod ad eum pertinebat non reperitur. ut.l.j.§.sed & si qs instrumenta.C.de lati.liber.tollen. Item quòd res furtiua reperta est apud eum.ut.l.ciuile, & .l.in ciuile. C.de furt. Istę tamen præsumptiones quę sunt contra reum possunt purgari,verbi gratia ostendendo eum à quo habuit.ut.d.l.proximè allegata: & idem in alijs
13 indicijs.Item oritur indicium contra aliquem si cōfessus sit extra iudicium contra aliquem.ut.l. capite

quinto.

quinto.ff.de adul.& de hoc prima.q.vj. Possumus etiam ponere casum in alio maleficio.ut in homicida, repertus est homo mortuus in aliquo loco.de quo aliquis inculpatur, possunt contra eum apparere indicia quòd erat inimicus,ut.d.§.præterea, & dictum est supra proximè,& q uisus est reus facere præparamentum ad hoc.ut emere gladium.uel illud acuere.& similia.uel fuit uisus illo sero per aliqua loca uicinia, cum non fuerit illuc consuetus ire,et sic de similibus

14 quę suo arbitrio sciet inquirere secũdum eum.Vnde quòd sit indicium simplex uel urgens est iudicis arbitrio relinquendum secundum Doc.ut patet ex prædictis.Amplius possunt esse indicia omnia indicia singulariter considerata,quæ simul iuncta faciunt indicia indubitata de quibus dicam. Ex dictis etiã Bald. in.l.ij.C.quo.appella.non reci.ubi summat dicta Ioã. And.in.d.c.in contemplatione: Admodum breuiter

15 nota q bona Phisionomia prodest, & mala nocet, quia procliuis est ad scelera,non autem quantum ad præsumendum in genere;de mala natura & uitiata, non quantum ad præsumendum in specie & de speciali & determinato delicto, à contemplatione enim naturę licet argumentum summere,ut ponit Aristo-

16 tel.in lib.de phisionomia.secundum eum.Quod autem dictum est indicium facere quòd homo malę conditionis & famæ est consuetus facere similia. quia semel malus semper præsumitur malus in eodem genere mali.c.semel malus,de reg.iur.in.vj.l sicut.§.ijsdẽ criminibus.ff.de accusatio.uidelicet si sit fur:si sit ca

lumniator, præsumitur calũniator &c. secus in alio delicto prorsus dissimili secundum Bart. in l. Cassius. in fi. ff. de senatorib. Posset tamen ratione infamiæ nõ recipi ad testimonium sine tortura de quo dicã in mẽbro. x. & . xj. et hoc de indicijs quæ summuntur extra personam delati. Possent etiam esse indicia ex perso-
17 na propria rei ubi sciendum ꝙ iudex potest iuterrogare pro inuestiganda ueritate de circunstantijs quibuscunq; etiam remotis. ut. d. l. de minore. §. plurimũ in exemplo cognitionis subtilis diligẽtia. ad quod facit. l. testium. C. de testi. Potest etiam fingere se facere quod non vult, ut uideat actum quem facit reus. uel testis qui examinabitur, qualiter se gerit. c. afferte, de probatio. et ista est cognitio cum subtili diligentia.
18 Item sequitur in. d. §. plurimum, qua quis constãtia & trepiditate loquitur: & sic inconstantia & trepi
19 datio iudici indicant. Ex quo dicit Inn. in. c. quoniã contra falsam, de proba. ꝙ ille qui examinat testes debet scribi facere in actis, scilicet hoc dicebat trepidando, & balbutiendo: Ex quo habes ꝙ ubi alia extrinse
20 ca non procedunt ex eo ꝙ reus uel testis facit coram iudice loquendo trepidè et pauẽdo et uariando potest habere iudex sufficiẽtia indicia ad torturam. Et ideò
21 iudex examinator debet esse cautus ut faciat dicta eius uaria & diuersa ponere in actis, & faciat scribi trepidationem, palorem, actum gestum, uultum, colorem & similia; ne ei possit impingi, ꝙ aliquem fecerit torqueri sine indicijs secundum Bar. hoc dicentem in d. l. de minore. §. plurimum. ff. eo. De trepidatione &

palore

palore scribendis in actis dicā infra eo.clarius.q.viij.
Ex doctrina tamen predicta nō bene liquet an et ex q
bus indicijs ad torturam perueniri possit.
22 Sextò igitur quæro.an ad torturam requirātur plu
ra indicia,an uerò sufficiat unum,leges omnes loqui
uidentur in plurali,ut.l.j.ī prin.& l.vnius.§.j.ff.eo.
quod tenuit Iacob.de Belui.& Tho.de Piperata in
quæstio.de fuga & fama an faciat indicium separa-
tim de quib.infra quæst.proxima.Barto.in.l.fi.ff.eo.
dicit hoc esse ī iudicis arbitrio.ut in.d.§.einsdē quoq;
principis. Nam possent esse indicia generalia & re
mota & ista non sufficerent sine alijs: utputà est ho-
mo malę conditionis hoc non putat Bar.indicium suf
ficiēs ad torturā sed est īdiciū quale quale ut.d.l. de
minore.§.plurimū Sed si foret istud indicium cū alio
& quòd est homo malę conditionis seu malę famæ et
cōuersabatur in domo illa.tunc sufficeret ut.d.l.domi
nus horreorum in princip.ff.loca.quod intelligo quan
do est malę conditionis & famę in eo genere, aliàs se
cus,quia nec quale quale faceret indicium ut dixi in
proxima quæstione,Vt si inquireretur de falso nō suf
ficeret ꝙ fuisset malę famę & cōditionis ꝓpter homi
cidium.Sed si esset unum indicium non remotum sed
propinquum,& tangens de quo quæritur & unus te
stis de uisu,uel confessio extra iudicium, vel captus
ibi.& dicitur quòd est propter hoc, Vel res furtiua
foret reperta penes eum tunc foret sufficiens & sic in
telligit Bar.Gl.in.l.si quis.C.ad leg.Iuli.maiesta.vbi
Glo.dicit indicium in singulari.& in.d.l.fi.ff.eo.quę

dicit suspicio.& hoc uoluit Io. And. dicens hoc de cõsuetudine obseruari. in tit. de prescrip. §. species uers. violentia. in addi. Specu.

23 Vndè ex leui indicio, seu simplici non debet ad torturam deueniri. sed ex urgenti sic. Bal. ad cognoscendum indicium à graui. dicit quòd potest cognosci per theoricam Glo. in. l. nã hoc. C. unde cogna. Nam si frequenter hoc ab illo contingit ad esse, tunc est leue indicium. l. cũ res. C. de probationi. l. ciuile. de furt. Si autem frequenter & facile cõtingit ad esse, tunc est graue indicium, & hęc uera siue agatur de probando animo. ut. ff. ad. l. Cornel. de sicar. l. j. §. Sed si clara. & c. significasti. de homici. secundum eum. in. d. l. non hoc. In dubio tamẽ iudicis arbitrio relinquitur. dictũ est in præcedenti quæstione quãdo tamen reus haberet aliqua indicia contra se magis grauia. ita quod præpõderent, ut deueniri possit ad torturam. l. j. §. ad quæstionem. ff. eo. uers. nec facile, quem ad hoc inducit ibi Barto.

24 Septimò quæro de quibusdam casib. qui secundum Doctor. indicium faciunt ad torturam. & Primò, vnus testis facit sufficiens indiciũ ad torturam, ut no. Glo. & Cyn. in. l. iij. C. ad leg. Iuli. maiesta. & Bar. in l. maritus. & in. l. si. ff. eo. & Cyn. & Io. Andræ. hoc eodem membro, ut supra dixi in secunda quæstione.

25 Secundò fama quando oritur à fide dignis vel à facto, ut quia captus uel detentus secundum Bart. in. d. l. de minore. §. plurimum. licet D. Tho. de Piperata q fecit tracta. de fama & indicijs tenuerit fama nõ sufficere

ficere ad torturã nisi aliud indiciũ appareat. ea rõne, ꝙ plura indicia requirantur ad torturam nõ aũt sufficit unum, quod placet Iaco. de Belui. in auc. de exhiben. reis. §. etiam quidam, colla. v. ut refert Io. And. in tit. de no. crimi. §. fama. vers. quid si argumenti. in addi. Specu. qui tamen se remittit ad. d. ver. molestia. in titulo de præsumptioni. §. species, ubi tenet contrarium, ut dixi in proxima quæstione.

26 Tertiò fuga, ut no. Dyn. in. l. Diuus Adrianus vers. Diuus Pius. per. l. iij. §. de his autem. ff. ad Syllan. & Iacob. de Belui. in. d. auc. de exhiben. reis. §. si uerò quidam, colla. v. non placuit ea ratione, quòd plura indicia ad torturam requiruntur. ut. ff. eo. l. j. in princ. & l. mittentes. C. eo. per quas patet requiri ad tormenta indicia seu argumenta amplissima. Præterà fuga nõ respicit directo delictũ, sed cui cõtinet ꝑsonæ sed ꝙ sufficiat vnũ, & ꝙ fuga indiciũ faciat sufficiens tenet Io. Andræ. in. d. uers. uiolentia. ubi late ponit materiam fugę. & Cyn. in. l. unica. C. de rap. uirgi. in. ij. oppositio. & Bar. in. l. lege Cornelia. ff. ad Syllan. quod ĩtellige si fuga pręcedat vel sequatur accusationem, vel inquisitionem in causis non capitalibus post accusationem uel inquisitionem ex fuga. vel si reus stat cautè in domo, vel alibi ne capiatur non resultat præsumptio uel indicium quia iustè timet, & sic iusta facit. arg. l. j. ff. de bon. eo. qui ante senten. mort. sibi cõscine. quę in capitalibus permittit corrumpere aduersarium, quod est plena probatio & hoc per illam legẽ tenet ibi Bar. idẽ ĩ qualibet causa capitali & nõ ca-

tali si reus fugerit parilitatem & post detentationem quia ex tali fuga nullum resultat indicium ut clemē. pastoralis.de re iudica.& de rescript.c statutum.§.j. lib.vj.no.Bar.per iura prædicta.in.l.in bonæ fidei.C.

27 de iureiuran.Item ex fuga quandoq; resultat plena probatio,quando per eam delictum completur, ut in officiali fugiente tempore Syndicatus, ut in auct.de colla. §.super hoc sancimus.ix.colla.& not.Bart.per tex.in.d.l.in bonæ fidei.&c.

28 Quarto facto comminantis subsequenti.

29 Quīto si inimicitia pręcedat offensionē,& hæc duo ponit Specul.in titu.de pręsumptioni.§.j.vers.sed pone.

30 Sextò si nobilis offensus dixerit familiari non reuertaris domum quin sentiam de tali facto.& familiaris occiderit,vel vulnerauerit offendentem est sufficiens indicium ad mandatum.ut.ff.de acquiren.hæredita.l.si quis mihi bona.§.Sed quid si mandauit per Bart.

31 Septimò si locutus est famaliari ad aurem.& statim subsecutum est maleficium & homicidium secū dum Bar.in.l.si uentri.§.fina.ff.de priuilegi.credito. & Bal.in.l.j.C.de ser.fugiti.

32 Octauò assistentia proxima cum armis est sufficiens indicium ad fauorem pręstitum ad maleficium de pcussioni.c.continentia,per Innocen.

33 Nonò confessio extra iudicium,ut.l.capite quinto. ff.de adulter.ubi Bar.tenet hoc,& ff.eo.l.fi.ut dictū est in proxima quæstione:Possunt aūt etiam alij casus

sus inferri qui faciũt urgens indicium,ut ex hijs colli
34 *gi potest. Amplius duo indicia remota seu leuia cõstituunt unum indiciũ vt dicit Bar.in.l.fi.ff.eo.& dictum est in proxima quæstione,qua ratiõe si foret dubium an fama foret uehemens ut est quando à fide dignis seu facto ut Bar.dicit ibidem in.§.plurimũ, tũc ratione dubij non faceret indicium sufficiens ad torturam,quia plura indicia leuia concurrunt. secuudum Bal.qui sic cõsuluit in causa cuiusdam de Burgo Sancti sepulchri allegat ad hoc auct.hodie.C.de diuor. et in auct.vnde sumitur.& hoc nisi alia ad rei defensionem obuiarent,ut dictum est in proxima quæstione ĩ fi.& dicit Io.And.hoc eodem membro. Semper tamen puto locum esse iudicis arbitrio respectu torturę infligendæ uel non infligendæ indicio urgente pręcedente.quia in hoc non est determinata doctrina undè in eius arbitrio lex permittit.ut.l.j §.expillatores.ff.*
35 *de effract.& expilla.Ex leui autem indicio et remoto non putarem esse locum arbitrio iudicis. quia non habetur pro indicio ut dictum est.si uerò dubitaretur an indicium esset vrgens uel leue locum puto esse arbitrio iudicis ratione prædicta.Octauò principaliter quæro (Pro intelligentia eorum quæ dicta fuere supra in quæstione quinta in fin. vbi dixi uariationem, trepidationem,& palorem testis debere scribi ĩ actis) de tribus quę colliguntur ex dictis Inno.in.c. quoniã contra falsam,super ver.instrumentum.vbi ẽt debet ponere in actis vsq; ad fi.d.Gl.de proba.Primò an debeat examinans testes habenti iudicare scribere seu*

ſcribi facere ſecundum ſaluum ſuum intellectum quã ta fides ſit habenda teſtibus. Secundò an id ſcribi debeat præſente teſte. Tertio an notarius ſcribere de-
36 *beat uacillationem. Ad primum dicit Innocen. ꝙ ille qui recipit teſtes debet in actis ponere quanta ſit fides teſtibus adhibenda quarta. q. ſecunda. §. item de fideiuſ. c. cõſtitutis. de teſti. & c. cum cauſam. quã niſi hoc apponatur tale periculum accidere poterit. quòd quamuis iudex qui præſens fuit in teſtium receptione & noluit ipſos uacillare bonam ſententiam ꝓmulget contra dicta illorum teſtium quos uacillare non nouit; quia uacillationem ignorauit, & ſic ſibi non poteſt imputari. c. cum Ioannes. in fin. de fide inſtrumento. & ille per cuius negligentiam hoc accidit, non poteſt ſibi timere, cum læſa ſit Iuſtitia, eo, quod adhibuerit diligentiam quam debuit in officio ſuo, & negligentia quæ eſt culpanda in facto proprio in alieno ponitur. ut. ff. ſol. matrimo. l. ſi filius. §. fi. & l. ſi cõſtante. §. ſi maritus. ſecundum. d. Ant. in. d. c. conſtitutus. de fideiuſ. ibi non enim refert negantium. non ſolum debere referre quãta ſit fides teſtibus adhibẽda.*
37 *Ad ſecundum an hoc debeat ſcribi præſente teſte, ipſo teſte contradicente, nam pro hoc punitur teſtis. l. nullum, de teſti. c. ſuper ijs. de pœnis ſecundum Innoc. qui etiam reſpondet ad. c. cum dilecti. de ordi. cogniti. Et ſi dicas punitur ſolum extraordinariè, uel etiam puniri poteſt ordinariè, ex quo conſtat de confeſſione, licet crimen non ſit connexum quaſi iudex ſuper hoc ſedeat, uel puniat, uel caſtiget teſtes productos ĩ cauſa, quia*

sa, quia hoc est de connexis: & sic distinctio inter connexum & non connexum habeat locum quando alteri quam testi exceptio opponitur in alia parte .d.glos. ibi alij tamen dicit Inn. hoc tempore fore uerum quãdo scribit uacillationem ad finem eum puniendi, vbi autem solum scribitur ad effectum testimonij, tũc potest scribere & absente & ignorante teste, quod placet Host. ne per ipsum testem aut ipsius, aut aliorum publicationem iudicij secreta includantur: ut .C. de fals. l. ubi, & quod not. de testi. c. fraternitatis, & ne pernitiosa odia & lites oriantur, & ne ei hoc quod occultum est nefas reformetur. vj. q. j. c. ex merito, & quia solus iudex & non alius habeat motum animi sui informans. l. ob carmen, de testib. Subdit etiã Inno. quòd nisi scribi illa faciat uel scribat tempore quo exponit testis, posteà scribi non faciet, nec credetur ei, quod placet Hosti. quando ex illo intendit testem punire, uel quando illud scriberet post longum interuallum, alias si hoc forte uult abscondere, ibi præsente eo nihil dicet, sed ex quo ille examinauit incõtinẽti antequam intermutatur, uel ad alia diuertatur, poterit hoc scribi. arg. c. pœna, de testi. Non obstat quòd secundum hoc tãta potestas dabitur iudici quod semper cõdemnare poterit. quod non potest facere secũdum Hostien. absque graui pondere. d. c. tam eterni. li vj. Di-
38 cit insuper Inn. q̃ nõ oportet partem esse præsentem, cũ scribitur uacillatio, nec hoc scire debet donec fuerit publicatum, aliàs nimium protellaretur, hoc tenet Domi. Anto. de but. in. d. c. quoniam contra falsam.

39 Ad tertiũ uerò quod tabellio non debet redigere uacillationem nisi benè uiderit & cognouerit ꝙ uacilla
40 uerit, Alij dicunt ꝙ, si solus iudex dicat in testium receptione, ꝙ testis uacillauit ꝙ credendum est ei, & ꝙ is cui iniungitur hoc debet scribere, ad petitionẽ iudicis, etiam si tabellio non habet auctoritatem in recipiendo testem, sed in scribendo tantum, iudex auctoritatem habet, & diligenter examinare debet. Et si sibi uidetur potest iudex mulctare, & aliter punire, ut. ff. eo. per totum. Item quia iudex superior est, magis ergo iudici q̃ econtra credere debet. Item quia tabellio ad scripturam intentus non potest ita bene aduertere uacillationem faciei, ruborem, pallorem, mutationem, & titubationẽ, &c. sed iudex qui sedet potest semper habere occulos ad testem. ergo ei est credendum, qui magis ueritatem nouit secundum Inno. ad hoc quod no. Host. in summa de testi. §. quis possit,
41 sub. §. quibus, per totum; nam secundum Inno. sicut tabellio debet fideliter scribere quę dicit testis; ita et ea quę pertinent ad iudicis officium, tamen ut saluet conscientiam poterit notarius sic scribere. scilicet & iudex mihi tabellioni dixit ut scriberem quòd testis uacillauit. Sed efficacior erit scriptura, si addat & mihi uidebatur ꝙ uacillaret; si tamen sic se habebat ueritas & debet, quanto magis potest cum ueritate modum uacillationis exprimere secundum Innoc. & D. Ant. de But. hoc recitantem in. d. c. quoniã contra falsam & hoc ultimum tangit & sequitur ibi Bal. in l. nullum. C. de testibus.

Nonò

42 Nonò quæro, quæ sint indicia indubitata. Respõdeo Alber. posuit in titu. de indici. indubita. Nicol. de Matta. ut refert Bal. ĩ l. sciant. C. de proba. dicit indicia ĩdubitata sunt illa quę quãtũcunq; ea sint nõ ĩdicant ueritatẽ ad plenum, sed quandoq; sunt à lege approbata, quòd lex vult per illa fieri condemnationem, sicut est exemplum in. l. si quis adulterij. C. de adulter. ex quo ista sunt indubitata legi, debent esse indubitata. iudici aliàs facit litem suam. quia hæc dicuntur indubitata. Sed quandoque sunt talia indicia quæ non sunt lege approbata, sed iudicis religioni cõmissa, tamen simul iuncta indicant indubitabilem ue-
43 ritatem, ut est exemplum in confessionibus per tormenta extortis, quæ non per se, sed cum perseuerantia, fama, uel uerisimilitudine facta, uel alijs adminiculis indicant ueritatem. l. sancimus. C. de pœn. l. j. §. Diuus Seuerus. ff. eo. secundum Nico. de Mattarel.
44 Ex quibus uerbis habes, q̃ nil prodest confitenti in tormentis reuocare confessionem. si contra se sint alia indicia coniuncta cum confessione, nisi reuocans probet contrarium. uel clarè, uel per ĩdicia elidentia indicia contrariantia secundum Bald. ibi. Item ponit Nicola. exemplum ubicũque ex qualitate & multitudine indiciorum inducatur ueritas oculis mentis iudicis sicut clara lux ostendit ueritatẽ corporis. exẽplum in quæstione de facto. Nam quidam ingressus est aliquam domum, & post modicam horã auditus est clamor mulieris, & statim exijt qui intrauit, cum gladio euaginato, & uisa est mulier in facie vulnera-

ta.probatur enim maleficium sufficienter ex hijs indicijs cumulatis &c.Thomas autem de Piperata ut Io.And.refert in tit.de proba.§.uidendum.ver.xiij. in addit. ad Specul.ponit exemplum unum notan. & egregium. Egreditur quis palidus cum gladio sanguinolento.& ibi inuenitur homo mortuus.& de hijs loquitur predicta.l.sciāt, Pallidítas enim & tre pidatio est vnum indicium.l.de minore.§.plurimum. ff.eo.Delatio gladij potest uideri aliud ex quo capitur coniectura sicut alias.ff.de donatio. inter uir.& vxor.l.uirum,sed quia alia indicia talia sunt grauissima Thomas dat alia videlicet, Occisus est titius in uinea uel fundo,an demonstrabitur per bona indicia ꝙ Seius eum occiderit,si probatur de inimicitia quę inter eos fuit,si apparet de delatione gladij, uel si testes dicant ꝙ uiderunt eum fugientem de loco maleficij.Item si fama sit & vox ꝙ ipse Seius Titium interfecerit.Ista quatuor bene probarent secundum eũ Titiũ &c.l.iij.ff. de testi.Io.An.dicit ꝙ potius uidetur tortura fienda.ut ex ore suo iudicetur. xxj.dist. c.nunc autem.l.Imperatorem.ff.de iure fisci.& Bal. tenet in.l.milites.C.eo.& dicit ꝙ omnes sapientes Bononię dicunt,& ita obseruari uidit,ꝙ per talia uel similia non possit quis de facto in personam damnari, sed per pecuniariam sic, si ex maleficio ueniat pœna pecuniaria imponenda:plus placet tamen ꝙ procedatur ad torturam,ut ex ore suo iudicetur.ut dictũ est. Ponit etiam Thomas aliud exemplum sub eo themate.non extant testes ꝙ Titium occidi fecerit Seium,

sed

sed probatur quòd ipse Seius erat inimicus dicti Titij.ff.eo.leg.j.§.propterea.& de delegat.l.sciendum. §.secundo.ꝙ tempore occissionis erat in loco quod receptauit occidentem, ꝙ occidens erat eius familiaris & domesticus,eius.Fama probatur ꝙ iactauit se ꝙ faceret occidi.& quòd erat homo ad id potẽs.C.quod met.cau.l.metum.ff.ex quibus cau.ma.l.ij.& .iij. & quòd inter eos offensę processerunt, de his etiam dic posse intelligi leges illas.Sed ut dixi potius uidetur facienda tortura,ut ex ore iudicetur.

45 Decimò quæro an dictum unius testis cum alijs indicijs faciat plenam probationem, seu dicatur probatum per indicia indubitata.glo.in.l.ij.§.j.ff.de excusatio.tuto.p hoc.l. instrumenta .C. de probatio.& de testib.& .l.j.§.idem Cornelio.ff.eo.ubi hoc uidetur Barto.Ex quo secundum eum tenendo quod fama faciat semiplenam probationem,de quo per eum in.l.de minore.§.plurimum.ff.eo.unus testis & fama faciũt plenam probationem.quod uerum puto in causis ciuilibus.ut no.per eundem in.l.admonendi, de iureiuran. Et in criminalibus non procederet, cũ unus testis faciat indicium ad torturam,non tamen facit semiplenam probationem.ut no.per glo.& Cyn. in.l.iij.ff.ad l.Iuli.maiesta.& tenent Cynus. & Ioanes Andreę hoc eodem membro.q.v.licet Alber. eodem titu.ver

46 sicu.nunc aut voluit,quòd ex dicto vnius testis torti cum alijs indicijs possit sequi cõdẽnatio. Puto ꝙ intellexerit quãdo pœna pecuniaria uenit ĩponẽda.p ea quę in proxima quæstione retuli,cum dicitur in ti.de

indicijs indubitatis propè finem. Sed ut ibi dixi plus placet quòd ex hoc casu procedatur ad torturam, ut ex ore suo indicetur.

47 Vndecimo quæro, qualiter ꝓbari debeat indiciū. respōdeo si testis deponit directo de maleficio tūc sufficit ad indicium ut dixi in. vij. q. si uero deponit de indicio ad maleficium, tunc debet probari saltem ꝑ duos testes. ut no. Gl. in l. fi. C. famil. erciscū. vbi hoc tenent Bar. & Bal. & idem tenet Bar. i. l. fi. ff. eo. & Glo. in l. cum proponebatur. ff. de leg. ij. dic quòd tot testes requiruntur ad probationem negocij principalis Inno. in. c. sicut de Simo. cuius Bal. meminit in. d. l. fin. C. famil. ercis. sic ait, nos dicimus quòd legitima signa sufficiunt ad præsumendum aliquem hæreticum sed illa signa oportet probari plenè secundū Inn. & sic unus solus testis qui deponit de uno indicio nihil probat. sed debet probari per duos testes dicit Bal. in. d. l. fin. C. fami. ercisciun. argu. ad hoc. ff. de testi. l. ubi numerus.

48 Duodecimo quæro circa secundam partem huius mēbri. qualiter ad tormēta, procedi possit. Respondeo dicit Io. Andre. in hac secunda parte huius membri, ꝙ tortura debet esse moderata & non quanta postulat accusator. l. de minore. §. tormēta. ff. e. & debet primo fieri de suspectissimo à quo melius & facilius credatur ueritas eruenda. l. j. §. j. ff. e. & l. unius. ij. respon. et non debet quæstio fieri an Titius commiserit ne plus videatur suggerere q̄ quærēs. l. j. §. qui quæstionem. ff. eo. secundum Io. And. qui plus in hac secunda parte non dicit. & sic tria ponit dicta. primum declarabitur

tur usq; ad.q.xxj. Secundo declara quòd iudex debet torturam primo incipere ab eo, à quo melius & facilius haberi uerisimilius potest ueritas cessante uerisimilitudine debet incipere à suspecto, demum à debiliore, secundũ Bar. sic declarando l.j.§.j. & l. vnius, in princip. ff. eo. & si sunt torquendi pater & filius. prius debet torqueri filius patre intelligente, quia pater magis ueretur de filio quàm de se, ut. ff. quod met. cau. l. isti quidem, Instit. de noxali. §. Veteres. Item femina quia melior. ff. de iure fisci. l. de ferre, in prin. & de verb. signi. c. forum, secundum Alber. eo. titu. uers. nunc uidendum. cum declarabitur in. xxj. q.

49 Tertio decimo quęro pro declaratione plurium quęstionũ huius operis, ĩ qua parte iudicij procedi debeat ad torturã: Bar. in. l. fi. ff. eo. ad propositũ. sic inquit: & ad euidentiam est sciendum, quòd quandoque de maleficio fit inquisitio generalis non contra certã personam, primo casu quandocunq; ad inuestigandum procedatur debet de maleficio constare, ut. l. si is, uer. si tu Titium. ff. de furt. & l. j. §. qui quæstionẽ. ff. eo. et Rectores mittunt militem ad uidendum mortuum uel uulneratum & hęc faciunt scribi, & super ijs possunt postea inquiri specialiter contra aliquem: ut ipse dicit: in. l. ij. §. si publico. ff. de adulter. Item fama de maleficio est sufficiens ut possit inquiri generaliter de maleficio. Quid si fama est, quòd fuit factum magnũ furtum & non potest constare directè de maleficio, unde sufficit fama, & habita certitudine de maleficio vel fama iudex potest mittere pro uicinis. Nam

vicini scire debent uerisimiliter potius q̃ alij. ut.l.si ita,in fi.de fide instru.& no.in.l.iij.circa prin.ff.de testib.& uulgata.l.octaui.ff.vnde cogna.c.quosdã, & c.quanto,extra de præsumptio.& si quidem reperit vicinum aliquem de quo sit suspicio cum aduocet.& diligenter eum interroget de circunstantijs multis,scilicet vbi stetit illa nocte.cum quo comedit;ista enim est illa subtilis cognitio.de qua in.l.de minore.§.plurimum.ff.eo.& tunc ex sermonibus.uoce, trepidatione & constantia poterit contra eum habere presumptionem aliquam vel nõ.vt si repertus erit ĩ mẽdacio maxima erit presumptio contra eum.ut.l.unius.§.testes
50 ff.eo.& de præsumptioni.c.literas.& in hac inquisitione generali poterunt testes torqueri.sicut in speciali.ut.d.§.qui quæstionem secundum eum &.d.l.fi. Sed quomodo potest fieri tortura in inquisitione generali,cùm contra eum non appareant indicia. & lex uult neminem torqueri nisi appareant indicia contra eum.ut.l.j.§.j.ff.eod.& dictum est supra eod. in.j.q. Respondeo in hac inquisitione debet constare primo maleficium esse commissum saltem per famam ut dictum est.Item debent esse aliqua indicia cõtra testes ꝗ debeant hoc scire, uel quia uacillant, uel quia alij dicant se interfuisse facto.& ipsi negant ut.l. ex libero,in prin.& l.unius.§. testes.ff.eo. & hoc sufficit in inquisitione generali. Nec ob.l.j.§.j.quia ibi loquitur in inquisitione,seu accusatione speciali secundum Bar.sic dicentem in.d.§.qui quæstionem,ex quibus liquet ad quæstionem propositam,ꝗ cõsisto de malefi-

cio

ciò saltem per famam potest ad generalem inquisitionem deueniri. & in ipsa inquisitiõe generali quis tor
51 queri in scipsum, & in alijs indicijs prçcedẽtibus. In inquisitione autem speciali, in qua parte iudicij procedi debeat ad torturam clarum est, ꝙ demum publicato processu & constito de indicijs, cum indicia sint probatoria licet non plena. quæ probatio habet fieri post litis contestationem, uel iudicij ingressum: ut. C. de senten. l. prolatam. iuncta. l. absentem. ff. de pœnis. et processus nõ publicatus nõ probat ut. C. de testi. l. solã. ubi hoc tenet Ia. Bu. quẽ Bal. sequit ĩ l. militis. C. e.
52 Quartodecimo, quæro utrum de indicijs debeat fieri copia parti. Respondeo ꝙ sic. nam super ijs debet disputari. meritò debet copia fieri. ut l. unius. §. cognitorum. ff. eo. & tenet Bal. e. ti. l. fi. Aduerte hoc uerum, quando agitur de torquendo malefactorẽ. & sic Bal. loquitur. Si uerò agitur de torquendo testem, Respondeo quædam ueniunt examinanda per torturam testis, quæ causam principalem de qua agitur non tangunt. ut puta an sit seruus, & isto casu ista disputatio facienda est, ne testis sine causa torqueatur. ff. eo. l. si quis, & not. eod. titu. l. j. §. si quis dicatur. Quædam sunt indicia quç comprehenduntur ex dictis quç causam principalem principaliter tangunt, tunc circa illa non debet disputari cum aduocatis sed reducitur iudici: sic debet intelligi. d. l. unius. §. testes. & in auctẽ. de testibus. §. si uerò ignoti. & l. nullum. C. de testi. secundum Bartol. sic dicentem in. d. l. unius. §. testes. ff. eo. Ad hoc ꝙ si in absentia testis

potest redigi in actis rei uacillatio. ut dictum est plenè I.q.viij. fortius nō requiritur disputatio. Et in inquisitione generali nō uidetur pars seu reus certus, sed omnes quodammodo ut testes examinentur ad inuestigationem ueritatis, ut dictum est in proxima quæstione, igitur in ipsa generali inquisitione non debet fieri disputatio ista. & ex consequenti copia indiciorum non est danda, & sic obseruat consuetudo. Solum ergo in inquisitione speciali reo debet fieri copia indiciorum, & disputatio eorum haberi, & sic debet intelligi Alber. qui hanc quæstionem examinat eo. tit. uersicu. sed quid erit de quæstione.

53 Quintodecimo quæro, qui debeant interesse quæstioni. Respondeo iudex in secreto recipiat dictum torti ad similitudinem testis, qui debet solum à iudice in secreto examinari sigillatim, Specul. de teste. §. nunc tractemus. in prin. uers. tortus enim. similitudinē habet cum te. ut no. Azo eo. tit. uer. sed ut habeatur. & ff. eo. l. j. §. Imperator. ff. de adul. l. si postulauerit. § si quęstioni, secundum Alber. eo. tit. uer. item quæro, q debent interesse, per hoc in proxima quæstione.

54 Sextodecimo quęro an aduocatus torquendi. debeat interesse quęstioni? ueritas est et consuetudo obseruat secundum Bar. ff. de publi. iudici. l. custodias. q examinationi eorum, hoc est disputationi an sint examinandi & torquendi bene intersunt aduocati. allegat. l. si stipulauerit. §. quęstioni. ff. de adul. & gl. in. l. legis uirtus. ff. de legib. & . d. l. cum custodias, sed ipsi quęstioni, examinationi, uel torturę nō debent interesse,

esse, hoc tenet gl. in auct. de testi. §. quia uero, sup uer. aduocatur. & hoc uidetur uelle gl. in l. ij. circa princ. super uer. utriusque. C. de iura. calum. dum dicit aduocatum partis non debere interesse. hoc etiam probatur ad similitudinem testium, quia partes adsunt iuramento, & non examinationi quę fit in secreto: secũdum Bartol. in d. l. custodias. qui subdit ꝙ si aduocati ad hoc non fuerint adhibiti uidelicet disputationi an reus sit torquendus propter hoc non uitiatur processus uel sententia, argu. eius quod not. C. de senten. l. quam sententiam facit quod notatur etiam in l. j. & ij. C. de senten. aduers. fisc. secundum eum posset tamẽ à tali omissione appellari, sicut à pronunciatione de torquendo, quia non foret reparabilis per appellationem, & diffinitiua sententia post torturam omissio disputationis sicut ipsa tortura. ut no. de hęre. cle. j. glo. super uersicu. ipso iure. & l. ij. ff. de appella. recip. per Bartol.

55 Decimo septimo quæro an indicia habita super generali inquisitione præiudicent reo, ut possit torqueri quando fit inquisitio uel accusatio specialis. Bar. putat ꝙ non. quia ibi testes non fuerunt examinati eo citato. & ipso existente contradictore, ergo non præiudicat sibi. C. de testi. l. si quando. vnde debent iterum examinari post litis contestationem secundum Barto. in d. l. fi. q. fi. ff. eo. quod intellige quãdo indicia sumũtur extra reum. & sic loquitur Bar. secus si à reo, ut à pallore, trepidatiõe & similibus. quia ista sunt examinata eo pręsente & cõtradictore existẽte, & sem-

per durant.sicut dicimus in confessione extra iudiciali & captura seu deprehensione in maleficio.ut no.ff. de adulter.l.capite quinto.

56 Decimooctauo quæro An leuiter tortus habeatur pro torto,respondeo non.sicut leuis febricula non dicitur febris.ff.de ędili.edict.l.ob quę uitia.§.si.secundũ Bal.in.l.ij.C.quo.appella.non recipi.

57 Decimonono quæritur quid si reus moritur in tortura,an iudex teneatur. Respondeo si iudex excessit modum consuetum,& modum qui debebat adhiberi secundum qualitatem personę,iudex tenetur,aliàs secus secundum Bar.in.l. quæstionis modum.ff.eod.& si modum excessit aut dolosè, tenetur lege Cornelia de sicarijs.l.fin.ff. ad leg. Corneli. repetun. Aut sine dolo & tenetur,quia plus fecit quàm debuit tanquã culpabilis,ar.ad hoc.ff.de adulter.l.si adulterium cũ incestu.§.Imperatores Marcus, secundum Cyn.in.l. gracchus.C.de adulter.in vlti.q.qui dicit quòd in hoc vltimo casu non tenetur in aliquo, quia licuit eo esse uehementissimum ĩ suos subiectos.in auc.ut iũdi.sine quoquo.suffra.circa medium col.ij.Sed præcedens dictum tene,quia Bar.vult & Alber.quia late disputauit hunc articulum eodem titu.versi.sed qd si iudex. allegans pro casu.l.Item apud labeonem.§.quæstionem.ff.de iniur.ibi teneri eum.

58 Vigesimo quæro qualiter probabitur torturam fuisse illatam vltra debitum modum. Respondeo per præsumptiones & coniecturas,cum ea quę fiunt per officiales secretè aliter probari nõ possint, ut.C.de episcop.

scop. & cleri. l. si quis in hoc genus, ubi Bal. hoc tenet. Ad hoc quod plenius no. Bar. in l. de pupillo. §. si quis ipsi. ff. de oper. noui nunciatio. quē ad hoc alleg. Bal.

59 in. l. vnica. C. ne ex delict. defuncto. In dubio autem quæ dicantur & sint tormenta moderata, quæ effrenata oportet relinquere iudicis cōscientię, ī cuius motu & conscientia lex confidit, cum non præsumatur ꝙ ipse sit immemor ęternæ salutis, & iuramenti sibi præstiti. ut. l. fi. ff. ad leg. Iuli. repetunda. Et ideò dicit lex ꝙ quærere de facto est ī iudicis arbitrio. ff. de test. l. iij. §. tu magis, & l. ob carmen. §. si testes. ff. de re militа. l. non omnes. §. à Barbaris. secundum Bald. in. vj. col. C. de confess. Et siue quæramus in primo iudicio, siue in causa appellationis, seu in syndicatu ex rationis paritate. l. illud. ff. ad leg. Aquili. vnde non potest super hoc certa doctrina dari. sed iudex debet considerare cuius debilitatis & cuius ętatis est uel sit ille q̃ torquetur et secundū ueritatem criminis utatur tormentis: ut. ff. de re milita. l. iij. §. fin. Sic igitur iudex torqueat reum, ut in innocentia uel supplicio eum cō seruet incolumen. ut. d. l. quęstionis. ff. eo. secundū Alber. eo. ti. uer. qualiter autem.

60 Vigesimoprimo quęro an tortus debeat interrogari specialiter de maleficio. Respondet Io. And. ut dixi supra in. xij. q. dic ut dixit Iureconsultus in. l. j. §. qui quęstionem. ff. eo. uidelicet ꝙ non debet quęstio fieri. videlicet an Titius commiserit maleficium, ne plus uideatur sugerrens q̃ querens, quod in inquisitione generali, quādo cōstat maleficium cōmissum, sed iguo-

tatur à quo procedit, secundū Bar. in. d. §. q questionē. In inquisitione aūt speciali, quādo qs torquetur in ipsum debet interrogari an fuerit ipse uel alius. ut. d. l. j. §. Diuus. Si uerò ī aliū ut testis, licet debeat interrogari de illo, tamē de alijs circōstātijs nō debet interrogari, ut quia interrogabo eum si Titius interfecit Seiū, non autem interrogabo eum nominatim de modo. sed dicam generaliter fecit istud & in qua parte corporis percuserit, non autem interrogabo eum limitate, ut percussit sic uel sic, quia istud esset sugestio, ut. d. §. qui quæstionem, & hoc uerum in alijs qui examināt per torturas. Alij uero testes qui sine tortura examinaī examinanī limitate sup articulis pductis ut in. c. presentia. de test. lib. vj. secundum Bar. in. d. §. qui quæstionem.

61 Vigesimo secundo quæro an tortura possit inferri die feriata. respondeo quòd non. quia nec tortura, nec confessio, nec aliquis actus iudiciarius ualet. c. de ferijs. l. dies. l. omnes. & tenet Tancret. de Cornet in suo opere sub rub. de quæstioni. circa uiam probat. in. xij.

62 q. Adeò q nec putat quòd faciat indicium etiā quale quale testis examinatus die feriata cum omnis actus sit nullus ipso iure, ut dictis legibus patet.

SVMMARIVM

1 Tortura in causis ciuilibus & criminalibus infertur.

2 Tortura in delictis tantum atrocibus & grauibus

locum

locum habet.

3 Delicta leuia quae sunt.

4 Delicta grauia quae dicantur.

5 Delicta grauissima quę censeantur.

6 Differētia quae sit quoad tormenta inter causas criminales graues & pecuniarias.

TERTIVM MEMBRVM.

1 TERTIVM membrum principale est in quibus causis procedi possit ad torturam. Cy. & Io. Andreae. in hoc tertio membro dicunt, quòd in ciuilibus & criminalibus locus est quaestioni. ff. e. l. Diuus C. eo. l. iij. l. cum testamentum falsum. & l. hoc quod placet. de accusatio. c. si constiterit, de deposi. c. j. de haereticis clemen. j.

2 Secundo quaero in quibus causis criminalibus locus est torturę. Doctores non aperiunt. dic quòd in delictis atrocib. seu grauib. et grauissimis nō in leuib. & hoc probatur ff. eo. l. edictum. vbi Bar. dicit tormenta requiri in causis grauibus non in leuibus & sic per. d. l. dicit Albert. eo. tit. ver. item à quibus.

3 Quae autem sint delicta leuia. grauia & grauissima Bar. i. d. l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur. magistraliter sic loquitur. leuia delicta sunt in quibus non requiritur dolus. ut damnum iniuria datum. ut. l. liber homo. la. ij. & ibi no. ff. ad. l. Aquil. & in. d. l. non solum. in prin. notat Glo. Item est delictum leue in quo requiritur dolus ut furtum rei modicae. ut nota. in Glos. b

l.ad ea.ff.de reg.iur.facit l.si libertus.ff.de furt.et.l. respiciendum.§.furta domestica, Item leues iniuriæ uerbo illatæ.Hęc duo ponit Specul.in tit.de libel.cōceptio.§.nunc uidendum.ver.xlij.posset etiam exemplū poni per notata in l.leuia.de accusationi.per Glo. & Bar.In ijs ergo leuibus non est locus torturę; ut de furto domestico est expressum in.d.l.respiciendum.§. furta domestica.sicut in eis non requiritur libelli īscriptio,& alius iuris ordo.ut.d.vers.xlij.Bar.uerò in.d. l.leuia,post Gl.exemplificat etiam in reperto de nocte.seu de die cum armis uel sine.nam in ijs non requiritur processus secundum eum,& sic nec est locus torturę.unde in damnis datis, & talibus delictis leuibus cessat tortura.

4 Delicta autem grauia sunt delicta priuata quę requirunt dolum,& magnum parant præiudicium,& magnam pœnam merentur.ut furtum non paruum ut.d. §.furtū, et no.in.d.l.auxilium.§.in delictis.ff.de minorib.& in.d.l.ad ea.in prima Glo.Idem putat Bar. de qualibet iniuria quę infertur in personam,ut.d.§. si mandato meo,quod dicit teneri filium licet obediat patri.ex quo sequitur quod est maleficium graue,pro quo facit quòd quęlibet iniuria corporalis est maior qualibet reali.l.in suorum.in fin.ff.de pœnis.

5 Delicta autem grauissima sunt delicta pubilica. ut nota.in .d.l.auxilium.§.in.delictis, & .d.l. ad ead.In leuibus autem non est locus torturæ in alijs sic.& hoc probat tex.arg.d.l.edictum.& sic debet intelligi tex.in.l.j.ver.in cæteris.C.eo.qui probat rectè intel-

intellectus, in omni delicto locum fore torturæ. & l. hoc edictum. quod placet ubi loquitur in delictis priuatis. & hoc uult Glo. pen. d. l. j. ibi dum dicit, quidã in omnibus criminibus torqueri. Nec obstat quod dicitur, tu dic in alijs nullo modo torqueri, quia loquĩtur de seruis contra dominos. Sed si non contra dominos, locus est torturæ in omni delicto videlicet graui.
6 ut. d. l. edictum. Tertiò quæro an sit differentia quãtum ad tormenta inter causas criminales graues & pecuniarias. Respondeo sic. nam in causa pecuniaria torquentur solummodo serui, & non liberi, neq; statu liberi. ut. d. l. Diuus, in prin. ubi sic in ista quæstione dicit Bar. Adde tamen quòd in causa pecuniaria testes liberi torquentur in duobus casibus. ut dicã insequẽti membro. q. vij. Item adde quòd ista differentia nõ videtur necessaria, cum in causa pecuniaria non facile ueniatur ad tormenta hoc exponit tex si aliter ueritas haberi non potest. ut. d. l. Diuus. Quod idem est ĩ causa criminali, ut patet ex hijs quæ supra dixi in membro. ij. q. j. Restat ergo sola differentia quòd in causa ciuili liber homo non torquetur nisi ut testis in duobus casibus. seruus uerò sic. & indistinctè concurrentibus tamen hijs quæ dixi in. d. q. prima.

SVMMARIVM

1 Milites an & quando sint à tortura inexcusabiles.
2 Milites nostri temporis an torqueri possint.
3 Doctores & aduocati an torqueri valeant.

Doctoratus est dignitas & munus.
4 Decuriones nostri temporis, qui consiliarij dicuntur, de iure torqueri non debent.
5 Clerici an sint excusabiles à tortura.
6 Liber homo torqueri potest, quando ueritas aliter haberi non potest. & legitima praecedunt indicia.
7 Liberi an possint in alios torqueri.
8 Torqueri an quis debeat ex unius testis dicto.
9 Liberi uilis conditionis an possint ut testes torqueri. & nu.15.
10 Testis uilitas à quo surgat.
11 Infamis infamia iuris à testimonio repellitur.
12 Infamis, infamia facti non admittitur ad testimonium in causa criminali, nisi in subsidium & cũ tormentis.
13 Infamia iuris uel facti ex quibus irrogetur.
14 Testis dictum an debeat considerari tempore testimonij uel quando.
16 Causae ciuiles magnę aequiparantur criminalibus.
17 In hijs indicijs quae requirũtur ad torquendum testem, an debeat haberi disputatio, quae habetur ad indicia requisita ad torquendum reum seu aliquem in seipsum.
18 Minor .xiiij. ann. torqueri non debet nisi in crimine laesę maiestatis, potest tamen terreri.
19 Minor .xxv. annis sed maior .xiiij. an possit torq̃ri.
20 Minores ad quid in causa criminali torquẽtur cum testes esse non possint.
21 Senes torqueri non debent.

Senes

Senes qui dicantur.

Senes inuiti testimonium non dicunt.

22 Valetudinarij an torqueri valeant.

23 Tortura inferri non debet mulieri praegnanti.

Mulier quo tempore post partum dicatur ualida ut torqueri possit.

24 Mulier lactans an possit torqueri, si non inuenitur qui partum nutriat.

25 Inimicus testis an contra inimicum torqueri debeat.

Et quid de domestico accusatoris.

26 Socius criminis an & in quibus casibus debeat de consocijs interrogari & fidem faciat, & nu. 27.

27 Socius criminis potest in carceribus detineri ut socios reuelet.

28 Tortus pro furto indicijs praecedentib. an possit etiã torqueri ut confiteatur alia furta ad quę nulla indicia habentur.

29 Testis qui non debet examinari an examinatus faciat indicium.

30 Statuliberi an torqueri possint.

31 Serui an possint torqueri & contra quem.

QVARTVM MEMBRVM.

QVARTVM principale membrum est, q homines possint torqueri. & cõtra quos In quo membro dicunt Cy. & Io. Andrę. apertius contra Azo in summa. quòd tres sunt hominum condi-

1 tiones.scilicet liberi.statuliberi & serui. De liberis autem aliqui constituti sunt in dignitate. vt militia, & non torquentur.l.milites.C.eod.cum.l.Diuo.&.c. cum beatus.xlv.dist.Fallit si ut testes deponūt & uacillant.& aures iudicis offendunt.ut.C.de testi.l.nullum.secundum Bar.in.l.ex libero.ff.eo.titu.in princi. Item fallit in crimine læsæ maiestatis proditionibus & similibus.in quibus omnibus ęqua conditio est.vt C.ad.l.Iuli.maiesta.l.si quis.&.l.nullus.vj.q.j.§.porro.ver.nulli.&.l.iij.§.is qui.& .l. proditores.ff.de re milita.Item fallit in milite ignominia misso.qui perdit omnem prærogatiuam.de quo .ff. de hijs qui no.in fa.l.ij.§.ignominię,et.§.miles.Item torquetur de nouo.si decurionatus tempore quæritur de fide instrumenti prius per eum confecti.l.si quis decurio.C.de fals.secundum Io.Andr.Quot autem modis accipiatur dignitas.not.iiij.dist.c.denique.&.c. quia nonnulli,de cleri.non residen.in glo.

2 Secundo quæro,quid de militibus nostri temporis (ut dixi in proxima quæstione)poterunt ne torqueri dic quòd sic cum non gaudeant priuilegio militari.ut in auc.de manda.princip.§.fina.ibi neque uti armis militant.&c.Nam non seruatis solennitatibus fabricensium,quis non debet haberi pro fabricēsi.ut.C.de fabricensi.l.si quis consortium l.generaliter.C.de episcop.& clericis.& facit.C.de appellatio .l.nominatos secundum Alber.eo.tit.uer.dictum est supra.Ad idem ꝙ priuilegio militari nō gaudeant tenet Specu. in tit.de procuratori.§.j.ver.item ꝙ est miles, & in.

l.j.in.vj.

l.j.ĩ.vj.q.C.de iur.& fac.igno.& Io.And.post Host. in.c.cum desideres.de sent.excom.in prin.& sic torqueri possent.

3 Tertiò quæro de legum doctoribus & aduocatis, ui detur ꝙ nõ sicut milites militant namq; patroni causarum hoc puto de iure licet contrarium uiderim obseruari.& hoc tenet Alber. eo.tit.uer. Item quòd de militibus & aduocatis.pro hoc, quia doctratus est dignitas.de magistris.C.quanto,& no.Bar.in prima constitu.C.circa medi.& constituti in dignitate non torquentur.ut in.j.q.huius membri.

4 Quartò quid de decurionibus nostri temporis.videlicet de consiliarijs.an poterunt torqueri dic quòd nõ de iure, quia consiliarij cuiuscunque ciuitatis decuriones sunt.ff.quod cuiusque uniuersi.nomi l.nulli.ff. de verbo.signifi.l.pupillus.§.decuriones. De generali tamen consuetudine contrarium seruatur. secundum Alber.eo.tit.ut dictum est supra.qui dicit ꝙ ita uidit Bononiç consuli per sapientes & obseruari auctoritate consuetudinis.

5 Quintò quæro an clericus possit torqueri. Respondeo Cyn.in.d.l.nullus.C.ad leg.Iuliam maiesta.tenet clericum puniri posse de falso.licet non torqueri. Sed probatur licet non alleget.l.presbyteri.C.de episc. & cleri.Io.And.hoc etiam membro. & super Glos.d.c. cuius in contemplatione, reffert opinio.et finaliter residet clericum non torquendum seu presbyterum ex eo ꝙ sit in dignitate, nisi sit suspectus.cum enim sacerdos fortius alio peccet in celebrando, dicendo, uel pu-

blicando. de excessibus prælatorum .c. tam graue & sacerdos in hoc priuilegium amittet. Suspectum intellige id est infamem. ut idem Ioannes Andreę refert tenuisse aliàs in capitu. primo depositi. Bartolus in .l. ex libero, in principio per dictam legem presbyteri. non posse torqueri ut testis, & sic uidetur sequi opinio. Cyn.

6 Sextò quæro de secunda hominum conditione. videlicet de liberis in dignitate non constitutis an possint torqueri in seipsos. Respondeo secundum Cynum & Ioannem Andreę hoc eodem membro. in ciuilibus causis non possunt torqueri: in criminalibus uerò possunt: interuenientibus hijs duobus de quibus supra eodem membro quæstione prima scilicet quòd alijs probatiouibus ueritas haberi non possit. & quòd legitima præcedant indicia. ut .C. eodem.l.nihil.in fine & .l.milites, secundo responso & .C.de infamibus.& .l. nullus.C.de assessoribus.

7 Septimò quæro an liberi homines possint torqueri in alios. Respondeo liberorum hominum aliqui sunt non uilis conditionis, aliqui autem sunt uilis conditionis.

Primò uidendum est de liberis hominibus non uilis conditionis an in alium torqueri possint. Respondeo quòd sic secundum Cynum & Ioannem Andreę in hoc eodem membro, si alter duorum interueniat, uidelicet quòd uacillet, uel quòd interfuit facto, &

de

de mendacio conuincitur l. ex libero. ff. eo.

8 Octauò quæro vtrum sufficiat dici tantùm ab uno ex testibus. dicit Bartolus in. l. unius. §. testes, quòd sic si unus ille sit dignior illo qui se interfuisse negabat. Si uerò æqua amborum foret conditio unus contra alium indicium faceret, ambo possunt torqueri ut nota Bartolus. ff. de appellationibus. l. à sententia. in principio.

9 Nono quæro an liberi homines uilis cõditionis possint ut testes in alios torqueri, Dicũt Cy. & Io. And. hoc eodem membro. quòd uilis persona. neq; in ciuili, neq; in criminali recipitur nisi cum tormentis. ij. q. j. c. in primis, in fi. l. ob carmen. ff. de testib. §. ij. & secũdum quosdam solum in subsidium. in auc. de testib. §. j. & §. si uerò ignoti. & §. si uerò huiusmodi. & ibi Gloss. quam uidetur tenere Azo. in sum. C. de testib. Bar. in. l. ex libero. in prin. ff. eo. ubi deportatus in insulam. & etiam statuliber non torquetur. sicut alij liberi homines. & constat illos esse uiles & obscuros. ut patet ex tex. in. d. §. si uerò ignoti. & ad hoc ut torqueantur requiruntur duo quòd sint uiles & ignoti. & optent corrumpere ueritatem, & possunt torqueri. nõ isti uiles homines admittuntur ad testimonium sine tortura, non tamen adhibetur eis tanta fides sicut alijs, ut l. ij. & iij ff. eo. Possunt tamen torqueri in casibus, & primò si uacillant. ut. d. l. ex libero, in princ. & d. §. si uerò ignoti. Secundò si conuincitur de men-

dacio.ut.l.unius.§.testes.ff.eo.Tertiò quando sponte uadunt ad dicendum testimonium ut.d.§.si uerò igno ti.in uer.festinantes,& probatur.v.q.v.c.hij qui.secũ dum Bar.in.d.l.ex libero.in princ.

10 Aduerte ꝓ huius articuli ĩtelligẽtia ĩterdũ uilitas testis surgit ab infamia iuris.ĩterdũ ab ĩfamia facti ĩ
11 terdũ sine culpa,primo casu clarũ est,ꝙ infamis infa mia iuris repellitur à testimonio ut.ff.de testib.l.ij.& d.l.ob carmẽ.§.si ea rei,& tenet Spe.in tit.de teste,§. j.versi. item quòd est infamis.& Cy.& Io.And.ut ꝓ ximè dixi.Cyn.Bar.& alij Doct.in.l.i.C.de sum.Tri
12 ni.& fi.cath. Si uerò uilitas insurgit ab infamia fa cti,& tunc aut loquimur in causa ciuili aut crimina li,primo casu non repellitur,sed ei minus creditur .ut not.Glos.in.l.iij.§.duæ causæ.Possunt tamen in tan tum esse uiles & ignoti,quòd essent necessaria tormẽ ta.ut in auc.de testi.§.si uerò ignoti,in prin.colla .vij. secundum Bar.sic dicentem.in.d.l.j.C.de sum.Trini. nita.& Pau.de Leazari.& D.Anto.de But.in.c.te- stimonium.de testib.& ad hunc casum potest restrin- gi quod simpliciter dicit Bar.in.d.§.duæ causæ. post Io.And.& Cyn.vbi supra non admitti nisi in subsi- dium & cum tormentis,& quòd idem Bar.dicit in.l. Cassius.ff.de senatori. In causa autem criminali & tunc non admittuntur quia debent probationes esse lu ce clariores.l.sciant.C.de probatio.hoc probatur ĩ .d. c.testimonium,de testib.quòd intellige nisi in subsidiũ sicut dictum est in infamia iuris.l.q ultimo.ff.de pœn. secundum Bar.in.d.l.j.& sic in causa criminali infa mes

mes infamia facti non admittuntur nisi in subsidium & cum tormentis. & hoc modo potest intelligi Bar. in
13 d. §. causæ. & in d. l. Cassius. Ex quibus infamia iuris uel facti irrogetur ponit Cy. C. de infami. sup rub. & l. nullam, post Glo. ibi. j. & in regula infamib. lib. vj & ibi Io. And. super prima Glo. in nouella.
14 An autem dictum testis debeat considerari tempore testimonij uel quando, & quòd interim fuerit emẽdatus non pertinet ad breuitatem huius syllabę de primo vide Bar. in. l. j. §. seruus. ff. eo. de utroq; uide in. c. testimonium. p Canonist. extra de testib.
15 Quando autem uilitas surgit sine culpa, & in statu libero, hijs qui sunt ignoti. tunc autem sunt ignoti. & obscuri penitus ĩ omnibus. tunc in ciuilibus causis admittituntur, sed eis nõ tãta fides daĩ modo torqueĩ nisi aliquod indiciũ etiã leue sit contra eũ, ut. d. §. si verò ignoti. & sic intellige Bar. in. d. l. ex libero. ff. eo. in prin. ubi ꝙ ex eo quòd sponte vadunt ad testificandum possunt torqueri. & sic leue indiciũ arctat eos ad torturam. & hoc vult tex. in. d. §. si uerò ignoti. in prin. ibi, & apparuerint circa testimonij ueritatẽ corrumpere festinantes. Aut non sunt omnino ignoti, ut statutu liberi, peregrini, & aduenę aliquã artẽ exercentes, & tunc admittuntur in ciuilibus causis, et nõ torquentur, ut. d. l. Diuus. §. fi. & probat optime text. in. d. auc. de testib. §. sancimus, ibi, sed ut si qua de eis dubitatio fuerit, possit facile demonstrari testiũ vita, quia inculpabilis atque moderata est. In causa verò criminali, non admittuntur, nisi in subsidium et cum

tormentis, ut de infame, & infamia facti dictum est. quia ĩ criminalibus requirũtur probatioues luce cla
16 riores ut dictũ est. Quod dixi ĩ causis supra dictis puto idem dicendum in causis ciuilibus magnis, quę ęquiparantur criminalibus. no. in. l. de minore. §. tormenta. ff. eo. in quęstione, an fama faciat semiplenam probationem, & in. l. admonendi, de iureiuran. circa fin. in quæstione. in quibus casibus deferratur iuramẽtum necessarium. per Bar. si tamen quo supra dixi nõ debent admitti sine tormeniis, Ad tormenta deueniri non debet, nisi concurrẽtibus duobus requisitis, de quibus ĩ prima questione. ij. memb. & si deueniretur dictum eius nihil probaret. ut. l. j. §. Idem Cornelio, iũcta glo. ff. eo. ubi etiam hoc no. Bar.
17 Decimo quæro utrum in hijs indicijs quę requirũtur ad torquendum testem debeat haberi legitima disputatio, quę habetur ad indicia quæ requiruntur ad torquendum reum, seu aliquem in seipsum dic quòd non. ut dixi supra in. ij. membro. q. xiij.
18 Vndecimo quæro utrum minor possit torqueri. Respondeo de minore. xiiij. ann. est expressum ꝙ non. in. l. de minore, in prin. & in. l. lex libero. §. j. ff. eo. nisi in crimine læsę maiestatis, ut. d. l. de minore. terreri tamen potest impubes ut possit ab eo ueritas elici. ut. l. j. §. impubes. & . l. excipiũtur. ff. ad. S. C. Sylla. & no.
19 in. l. fi. C. de hijs quib. ut indig. gl. j. Maior autẽ quatuordecim annis torqueri potest. ut. d. l. à contrario. sensu. & quia non prohibẽtur. leuiori tamen tortura sunt torquendi propter ętatem. arg. l. j. C. si aduers. de

lict. & l. auxiliū. §. 1 delictis, nisi adulterio. ut ibi no. & arg. l. si minor. ff. de adulter.

20 Duodecimo quæro cum in causa ciuili impuberes testes esse non possint. ff. de testi. l. iij. §. lege Iulia. & l. inuiti, in fi. In causa criminali etiam minores vigin ti annis. eo. ti. l. intestimonium. ad quid torqueātur. re spondeo ut faciant indicium, ut. d. glo. in. d. l. inuiti. & Bar. in. d. l. de minore. in prin.

21 Tertiodecimo quæro. an senes possint torqueri. respondeo non. l. iij. §. ignoscitur. ff. ad. S. C. Syllania. secundum Ioan. And. senem autem intellige maiorem. lxx. annis, qui inuitus testimonium non dicit. ff. de te

22 stib. l. testimonium, & ibi no. in glo. per quam legē idem puto in ualetudinarijs, ut torqueri non possint si inuiti testimonium non dicunt. Nam in eum in quē quis inuitus dicere testimonium non cogitur. in eum nec torqueri debet. l. j. §. si seruus bona fide. in fi. ff. eo.

23 Quartodecimo quæro, quid in muliere prægnante. Respondeo torqueri non potest. l. prægnantis. ff. de pœn. facit. l. uetat. ff. de mortuo inferen. & l. Imperator. ff. de sta. homi. & hoc tenet Io. And. per. d. l. prægnantis, quod ītelligo donec prægnans esset. ut. d. l. patet, & post partum donec sit fortis, secundum glos. in. d. l. prægnantis post quadraginta dies quibus ualetudinaria esse censetur. l. ij. §. si non propter. ff. si qs cau-

24 tio. Quintodecimò quæro iuxta prædicta, quid si non inuenitur quis seu quę uelit nutrire partum, an mulier lactans torqueri possit, dicit Oldra. esse differendum. ut. ff. de Carbo. edict. l. sed & si is. §. an autē,

& ita fuit determinatum Paduę secundum eũ. Gul. de Cuneo in l. Imperator. ff. de statulib. homi. dicit, quòd fiscus debet inuenire nutricem, ut delicta puniantur. quod tamen puto sensisse Oldrad. Dic ergo secundum Bartol. in d. l. prægnantis. quod si quidem nutrix non inuenitur propter defectum pecunię, quia non est qui uelit soluere nutrici, & nutrix non reperitur gratis, tunc debet solui nutrici de publico, ne executio differatur. arg. l. j. C. de his qui per præm. lib. acce. sed si non reperitur nutrix aliqua propter defectum personę. & tunc debet seruari mater ad nutriendum. donec nutrix reperiatur. quia eadem est ratio in conseruando iam natum, quę est in cõseruando posthumum. arg. l. sed si is. §. an autem. ff. de Carbonia. edic. secuudum Bar.

25 Sexto decimo quæro an contra inimicum testis torqueri debeat. Respondeo non si inimicitia est magna, secus si parua. ut in auc. de testibus. §. si uerò odiosus, colla. vij. & l. j. §. postea. ff. eo. & quod ibi not. Amplius neque ad quæstionem sunt prouocandi, hij quos accusator de domo sua producit. l. j. §. ad quæstionem ff. eod. titu.

26 Decimoseptimo quæro an socius tentus debeat interrogari de socijs, & fidem faciat. Respondeo Cyn. in l. fi. C. de accu. et Bar. in l. repeti. §. j. ff. eo. dicũt, ꝙ quędam sunt delicta, quę non committũtur principaliter in offensam alicuius uel odium sed propter commodũ committentium, ut falsare seu fabricare monetam. Item latrocinium facere. Nam latrones non odiunt

aliquem,

aliquem, sed diligunt bona aliena, & isto casu potest interrogari de socijs, ut probatur in.l.Diuus ff.de custo.reo.& l.prouinciarũ.ff.de ferijs.& l.fi.C.de malefi.& math. & ita intellige.l.qui ultimo.ff. de pœn.
27 & l.fi.ff.ad exhiben. Potest etiam socius detineri ĩ carceribus, ut socios reuellet ut dicit Bar.in.l.j.§.Diuus.ff.de iure fisci.facit quod notatur in.c.si clericus, de senen.excommu.in.p.vj.gl.fin. Quædam sunt delicta quę committuntur principaliter in inimicitiam, & odium, & in istis confessus de se non debet interrogari de alijs.ut.d.l.repeti.§.j.& l.fin.C. de accusa. Fallit in casu.l.prius.ff.ad S.C.Syllania. Ex prædictis dicite, ꝙ fures possunt interrogari de socijs & de raptoribus & similibus arg.d.l.Diuus.ff.de cust. reo. Ratio prædictorum est, quando delictum comittitur in alterius iniuriam, est qui illos declinantes potest ac cusare, sed in delictis quæ non committuntur principaliter in alterius iniuriã ideò magis permittitur iudici inq̃rere secũdũ Bar.quẽ refert & sequit Ant.de bu.in.c.j.de confess. Et quod dictum est socios seu participes criminis non interrogari de alijs, seu non admitti ad testimonium contra alios, potest dupliciter intelligi, scilicet de defendendo & impugnando. uerbi gratia fuerunt tres socij in rixa uolunt deponere quòd ego non fui culpabilis, non creditur eis de se confessis. & econtra si uolunt deponere ꝙ ego fui culpabilis nõ creditnr eis de se confessis in alium, ut in.d.l.fin.C. de accu.secundum Bal.in.l.quoniam.C.de testib.qui subdit ꝙ illi tres negauerunt & inculpauerunt me solũ.

q ego ad repellendum eos, non debeo delictum meum præsupponere, quia sic faterer crimẽ. et frustra eos excluderem, sed debeo delictum eorum intentare, ut no. C. de libe. cau. l. si filium. in gl. & in c. mediatores, de testib. in. vj. in ult. gl. Fallit quod dictum est supra socium interrogari nõ debere de socijs, in criminibus exceptis, in quibus socius contra socium potest torqueri. ut no. C. de accus. l. si. in ulti. gl.

28 Decimooctauo quæro pone torquetur qs pro quoddam furto indicijs præcedentibus, an procedi debeat in tortura ut confiteatur de alijs furtis quæ fecit ad quæ nulla præcedunt indicia, Respondeo non, quia quantum ad dicta furta, de quibus in specie uel in genere nunc queritur non præcedunt indicia: & sine indicijs nemo torquendus est, ut dictũ est in prima quæstione secundi membri. & hoc tenet Alb. hoc eo. titu. uer. sed quid de quæstione. Dicit tamen q de consuetudine Italiæ seruatur contrarium, quæ consuetudo inuari potest per. l. non omnes. §. à Barbaris. ff. de re milita. & l. congruit. de offi. præsi. dic quod ista consuetudo est corruptela, nisi præcedat indicium & puto si leue indicium præcedat iuncto indicio resultante ex altero furto confessato, quia semel malus & c. cũ duo leuia indicia constituant unum urgens. ut dixi in. ij. memb. quæstio. ulti. cum duabus sequentibus.

29 Decimonono quæro an testis qui non debet examinari, si examinatur faciat indiciũ. Respondeo secundum Bart. ff. eo. l. maritus. quandoque non debet examinari propter reuerentiam personarum. et tunc examinatus

minatus

minatus non facit indicium ut.d.l.maritus.& d.l.Diuus.& d.l.j.§. Diuus Seuerus. Quandoq; non debet examinari testis propter ætatem, tunc examinatus nõ facit indicium plenè, sed quale quale.ut.l.j.§. impuberes.ff.ad.S.C.Syllan.& no.c.eo.tit.l.fi.in prima glo. Idem in teste qui non debet examinari propter sexũ ut in muliere in causa criminali, de verb, significa.c. forus.ea ratione. Quandoq; testis non debet examinari propter infamiam.& tunc examinatus leue facit indicium,& quale quale.ut.l.qui ultimo .ff. de pœn. quandoque non debet examinari propter inimicitias, & tunc facit indicium, uel non facit secundum qualitatem inimicitię.ut.l.j.§.præterea. & quod ibi no.ff. eo.quandoque autem testis non debet examinari ratione ordinis. quia ante litem contestatam, uel parte non citata. & tamen non facit indicium.ut.l. si quis adulterium, de adulter.& c.de testib.l.si quando, in fi.& quod ibi no.Bar.in.l.fi.in fi.ff.eo secundũ eundem ut.d.l. maritus. quandoq; non debet examinari sine tortura.& examinatur cum tortura indicijs non præcedentibus.& tunc examinatus non facit indicium, ut.l.j.§.Idem Cornelio.ff.eo.iuncta gl. Quandoq; nõ debet examinari nisi uolens .ff. de testi.l. lege Iulia. cum seq.& examinatus inuitus præsumitur, nisi dicatur quòd uolens testificatur.ut no.Barto.c.de epis. & cleri.auct.presbyteros.& tunc inuitus facit indicium quale quale, sic ut ĩ impubere & muliere dictũ est, ea ratione non autem facit indicium sufficiens, sic intellige Bar.in.l.i.§.si seruus.ff.eo. Quandoque non

debet examinari, quia examinatus die feriata, & tūc nullum facit indicium ut dixi. in.ij.membr.q.xxij.

30 Vigesimo quæro de secunda conditione hominum, videlicet de statuliberis. Respondeo dicit Cyn. & Io. And. hoc eodem membro. quod idem quod de liberis dicendum est. ff. eo. l. statu liberi. intelligo scilicet vbi cunque sine culpa eorum per ea quę dicta sunt supra eodem membro. ix. questione.

31 Vigesimoprimo quæro de tertia hominū conditione uidelicet de seruis. in qua quæstione, quia parum est in usu, refero dicta Cyn. & Io. And. solum qui hęc cō tra extraneum, qui nec est, nec fuit dominus. aut con tra dominum præsentem uel præteritum, primo casu torquetur præcedentibus indicijs, quia in subsidium, ut dictum est in .ij.q.ij. membri, secundo aut seruus interrogatur de facto eius domini & serui, & tunc torqueri potest, ut. l. quicunque. C. de ser. fugiti. & ff. de ædil. edict. l. quæro. §. fi. ff. eo. l. j. & .iiij.q.ij.c. serui. primo respon. & uer. item serui neque. Aut interrogatur de facto extraneo & tunc distingue, aut dubitatur de domino, & ratione dubij poterit. C. eo. l. cum falsum. & . C. de rei vēd. l. cum super. Aut certum est, ꝙ est uel fuit dominus. & tunc si causa pecuniaria est non torquetur. C. eo. l. j. in fi. si criminalis nec tunc regulariter. Fallit in criminibus quę habentur & notantur in. l. fi. C. eo. scilicet in crimine adulterij. fraudati census, læsę maiestatis Principis. reipublicę, & aliorum qui ad latus Principis militant, uel si coniux coniugē, uel si socius socium occidisse dicatur.

catur. Quod de domino dixi intellige de singulari. Seruus enim uniuersitatis uel corporis contra singulos de vniuersitate uel corpore torquetur, quia non singulorum sed corporis seruus est. ff. eo. l. j. §. seruum. sicut de liberto dicitur. xij. q. ij. c. qui manumittitur. Idem quæ dixi ĩ seruo qui tempore accusatiõis meus uel prius, uel fuerat socius post accusationem meus seruus effectus. ff. eod. l. j. §. si eum. ad hoc de testib. c. licet. ex quadam. ibi ante litem motan. &c.

SVMMARIVM

1 Confessio sponte facta in iudicio utrum probet contra confitentem absque perseueratione, & absque alio adminiculo.

2 Confessio facta in tormentis an probet contra confitentem.

3 Confessio in tormentis facta an contra alium præiudicet.

4 Testis uariatio in tormentis, utrum eius depositionem uitiet.

5 Confessio quæ per tormenta facta dicatur.

6 Perseuerare in confessione sua quis dicatur, & num. 7.

7 Temporis interuallum iudicis arbitrio moderandũ, requiritur inter confessionem per torturam et eius ratificationem.

8 Torqueri an quis possit post ratificationem.

9 Perseuerare in confessione in tormentis facta an qs

dicatur, eo, quia eam non reuocat.

10 Iudex utrum habitis indicijs sufficientibus possit cogere reum ad confitendum, & ex illa confessione eum condemnare.

11 Iudex debet facere scribi in actis, quando reus moderatè tortus confitetur. uel negat, ne tempore syndicatus possit conueniri.

12 Confessio facta in tormentis legitimis indicijs nō præcedentibus, non nocet reo etiam perseueranti in ea.

13 Confessio facta absque legitimis indicijs in tortura. non conualidatur per superuenientia indicia.

14 Relaxatus fideiussorib. qui postea citatus ad subeundum torturam non uenit an habeatur pro confesso, & damnari possit.

15 Notarius qui in actis scripsit, talis confessus est spōte, cum fuisset tormentatus, an de falso teneatur et ueniat puniendus.

16 Confessio facta in tormentis perseverata & ratificata, an possit reuocari tanq̄ facta per errorem.

QVINTVM MEMBRVM.

1 QVINTVM membrum. est de quæstionis effectu. scilicet utrū ualeat confessio facta in tormentis. Circa quod primò quæro, an cōfessio spōte facta in iudicio probet contra confitentem absq; pseueratiōe, & absq; alio adminiculo videtur quòd sic ff. de custo. reo. l. si confessus. C. de pœn. l. qui sententiā.

.ff. de

ff.de minorib.l.auxilium.§.sed,ut ad legis, licet aliq. Doctor.antiqui dicant non probare sine perseueratione ut not. Alber.eo.ti.uer.denuò restat. An confessio facta sine tormentis præsumatur sponte facta ut probet,in causis criminalibus. Bal.in quoddam suo consilio,quod incipit tres sunt casus ponit casus quorum primus est quando quis confitetur in tortura &c. & dicit quia contra tales confessiones consueuerunt per assessores & potestates & per tormenta extorqueri, factas,per locum.à communiter accidentibus debet presumi formido tormentorum,facit ad hoc quod no. Cyn.& clarius Iacob.Butriga.in.l.ij.quod met. cau. Item ratio naturalis hoc dictat, quòd nemo uitā suā odio habeat:ideò non est uerisimile quòd existens in fortia iudicis sponte confiteatur sufficit terror eorum qui minacē feruorem habere possunt:ex sola ergo cōfessione reuocata non credit iudicem posse fundare cōdemnationem secundum Glo.quę uult quòd soli nudę confessioni non creditur,ut not.C.de custo.reo.l.ij. aliàs parum prodesset innocētibus appellare: quia durum est probare torturas.quæ in ea camera fiunt iudicis.secundum.Bald.in.dicto consilio.& Bart.in.l.j.§. Diuus Seuerus.ff.eo.dicit quòd confessio facta nō precedentib.tormentis efficax est.& sic presumitur sponte facta.idem dicit Bal.in.l.vnica.C.de confess. quòd nemo presumitur ita fatuus ꝙ mentiatur in seipso,& qui confitetur prestito iuramento de ueritate dicenda & sic uidetur confiteri cum scientia sceleris perpetrati. & quia confessio pro ueritate habetur secundum

eum, nisi præcedant terribiles & minaces iactantię tormentorum, quia tunc præsumitur metu tormentorum confessio facta. nisi talis sit malefactor, cui iudex debeat minari tanq̃ terribilis, quia. tũc potius est prę sumendum pro iudice quàm pro confitente secundum eum ibidem. & sic tenet Alber. in. d. ver. denuo restat. eo. tit. Veritas est quòd cõfessio præsumitur spõte facta nisi probetur metus. & per coniecturas probari posset, ut quia terribiles minæ præcesserunt. & q; consueuit de facto confessiones extorqueri per tormenta. & quia reum uolentem negare non admisit, sed contra eum delictum conuinxit, & in palatio contra ius retinuit, cùm fideiussores afferret. & casus erat, quo debebat fideiussoribus relaxari & hęc & alia prosequitur in. l. de pupillo. §. si quis ipsi. ff. de noui oper. nuncia. in simili quæstione, quod dic ut ibi. & ĩ. c. si iustus metus. de appellatio. & Cy. & alij Doctor. in. l. ij. C. quod met. cau. loquuntur in actu subsecuto post præcedentem metum. uel in confessione post torturam de qua in præcedenti quæstio. proxima. & Gloss. j. in. l. ij. C. de custo. reo. loquitur in confessione summatim facta. non in figura ordinarij indicij de qua loquimur. uel in confessione facta ĩ tortura. ut loquitur & intelligi debet. d. l. ij. secundum Alber. in. d. uers. denuo restat. & sic consilium Bald. supradictum non procedit, nisi illum restringas post probatum metum, saltem per coniecturas, ut dictum est.

2 Secundo quæro nunquid confessio facta in tormentis

tis probet contra confitentem. Respondeo secundum Cyn. & Io. Andreæ. hoc eodem membro & glo. declaratam per Barto. in. d. l. j. §. Diuus Seuerus. ff. eo. quòd aut perseuerat in confessione, aut non. primo casu præiudicat secundo non. ut. d. §. Diuus Seuerus. & . xv. q. vj. c. j. xxxj. q. ij. c. Lotharius. ī fi. cum similib. & . l. ij. C. quo. appella. non recipi. & . l. j. C. de custo. reo. est tamen efficacior confessio facta sine tormentis cum perseuerantia ut. d. l. j. §. Diuus. & . §. si quis ultro. & . §. quæstioni. ff. eo. hoc casu quo in seipsum reus torquet. secus si in alium ut testis, ut dicam in proxima quæstio. Item confessio facta in tormentis etiam sine perseuerantia præiudicat concurrentibus fama facti, uel uerisimilitudine, uel alijs adminiculis, nec reuocari põt nisi eneruetur fama verisimilitudo uel alia adminicula per contrariam famam, & per contraria indicia, & adminicula excedentia priora contra se existentia, ut dixi supra memb. v. q. ix. sequens Nico. de Mattarel. quem Bal. refert & tenet. in. l. sciant. C. de proba. & ibi dixi.

3 Tertio quæro an confessio facta in tormentis contra alium probet. Respondeo, dicit Io. Adrę. hoc eodem membro inspiciendum an persona talis fuerit, quę potuerit sustinere tormenta. ff. e. l. j. §. quęstioni. ut enim dicit, sunt quidam qui sunt ita feroces ut tormenta cõtemnant, ut ab eis ueritas per illa haberi non possit. Alij sunt inpacientes eorum ut potius mentiantur q̃ illa pati uelint, non solum se, sed alios criminantur, ad idem. ff. de ædilict. edic. l. quæro, ad fin. secundum Io.

Andrę.Bart.in.d.l.j.§.quæstioni.ff.eo.dicit quòd per tres casus quandoq; quis torquetur contra se,& tūc est ualidior confessio cum tormentis ut in auc.de test. §.j.colla.vij.& in.l.cum probatio.ff.de proba.quandoque torquetur in se & in alium simul.& tenet confessio & quandoque confitetur in alium & non requiritur perseuerantia,quæ reqritur quando in se ipsum ut no.in.l.j.§.si quis ultro.ff.eo.in Glo.quæ incipit nā tormentis in fi.& tenet Bal.in.l.fi.C.eo.Ratio,quia non licet testi uariare, nisi incontinenti suo proprio motu.cum debet dictum suum incontinenti corrigere ī auc.de testib.§.quia uerò.coll.vij.& de testib.c.pręterea.no.Bar.in.l.repeti.ff.eo.nisi aliud probetur per coniecturas. & sic procedit dictū Io.And.per dicta in.q.huius membri.

4 Quarto quęro an uariatio annullet dictum testis in tormentis.ff.de testib.l.qui falsa uel uaria. & .l.eos. Respondeo licet testis negauerit sine tormentis,& postea in tormentis dicat contrarium,tenet dictum ī tormentis.l.si postulauerit.§.sed & si negauerit.ff.de adulter.Idem eadem ratione licet sine tormentis ut dictum est & probatur ī auc.de testib.§.quia uerò,coll.vij.& in.c.præterea.de testib.& sic cum tormentis potest testis semper corrigere dictum suum,tamen assessores faciunt quòd non reperiatur nisi unum dictū videlicet illud quod dicit præcedentibus tormentis secundum Bar.in.d.§.sed & si negauerit.

5 Quinto quæro quę confessio dicatur facta per tormēta,Respeondeo si est facta in ipsa tortura uel pro-

pter

pter torturam. nõ autem quæuis territio facit uideri confessionem factam formidine tormentorum. sed debet esse in carcere in quo fame & frigore multum patiantur: nam tunc formidine tormentorum uidetur facta. arg. ad hoc. ff. de iniur. l. Item apud Labeonem. §. questionem. & §. quæstionis. facit. ff. de ui & vi arma. l. j. § si quis autem visis dũ dicit sufficit terror armorum, secundum Barto. in. l. j. §. Diuus Seuerus. ff. eod. pro hoc. C. quo. appella. non recipi. l. ij. ibi autem formidine tormentorum, nam dicit formidine tormentorum, non autem in tormentis. facit. ff. ex quibus cau. manu. licet. l. iij. & C. quod met. cau. l. metum. & tenet Alber. eod. tit. uers. dictum est supra. & c. & vers. seq. secus si extra locũ tormentorum iudex minetur de torquendo, & reus confiteatur, quia eius territio dicitur. ut. d. l. itẽ apud Labeonem. §. quæstionem. & d. l. motum secundum Alber. eo. tit. vers. sed & iudex. &c.

6 Sexto quæro qualiter quis dicatur perseuerare in confessione, dicunt Cyn. & Ioã. Andr. hoc eodem mẽbro, ꝙ perseuerare tunc dicitur quando non territur quis tormentis, & extra tormentorum locum illa nõ uidens perseuerat. aliàs si prope tormenta & illa uidens perseuerat, in tormentis uideretur id fieri. l. j. §. ex incendio. ff. de incen. rui. & naufra. secundum Doctor. aduerte hunc passum qui declarat text. in. l. ij. C. de custo. reo. quia oportet ꝙ post confessionem factam in tormentis reducatur apud acta, hoc est in loco publici iudicij. & ibi coram notario & personis publi-

cis confiteatur delictum secundum Bar. qui ad hoc dictum tex. allegat in l. j. §. Diuus. ff. eo. nec puto sufficere q reus trahatur in publico, & præsentibus testibus confiteatur. licet. Albe. uoluerit contrarium eo. titu. uersi. sed apud quem locum &c. quia text. in d. l. ij. dicit apud acta. id est apud locum actoris, & sic apud locum ubi conficiuntur, & sic apud tribunal in quo ius reddi publicè consueuit; quasi sub publico testimonio cõfiteatur. & iudicibus immodice sceuiētibus obuiatur, ut dicit text. ĩ d. l. ij. aliàs facilè posset sub eodem tormentorum timore reus confiteri.

7 *Septimò quæro dixi quòd posteà reus debet reduci apud acta. quæro quomodo debet intelligi istud posteà, dicit Bar. ĩ d. §. Diuus, q debet intelligi arbitrio iudicis, qui debet arbitrari ut reducatur illo tempore quo cessauerit dolor tormentorum. argu. l. quod ait. §. fin. ff. de adulter. secundum eum. & sic debet intelligi quod dicit Bal. in l. si quis in hoc genus. C. de episco. & cleri. dicens quòd impossibilis est spontanea confessio post torturam, & ita etiam tenet Iacob. Butriga. & Bal. idem refert. ff. quod met. cau. Idem vult Alb. eo. titu uersi. item quæro quantum. quia cum à iure non determinetur iudicis arbitrio relinquitur. ff. de iure deliberan. l. ij. in fi. ff de pœn. l. hodie. de effracto. et expillatori. l. j. §. expillatores. & sic ĩ effectu uolũt Doctor. q inter confessionem per torturam & eius ratificationem requiratur temporis interuallum iudicis arbitrio moderãdũ. Adde q fiat ratificatio apud acta coram tribunali ut dixi supra. ĩ proxima quæst.*

tamen

tamen quia iudex habet semper potestatem torquendi, licet adhibeatur interuallum, non tamen cessat metus tormentorum. quia est in potestate iudicis repetere tormenta, tamen quia iste metus non est iniustus ex parte inferentis confessio ualet si indicia cum confessione cõcurrãt ut. C. eod. l. milites. §. oportet. ff. de ędili. edic. l. quæro, in fi. secundũ Bal. in. l. ij. quod met. cau. Dic quòd ad bancum iuris cessat metus tormentorum & licet habeat potestatem iterum torquẽdi. si faciat contra ius, confessio subsecuta non tenet. ut dicam in in sequen. membro. & indices non præsumuntur im memores salutis æternę, ad leg. Iuli. reputanda. l. lege
8 Iulia. & post confessionem ad bancum iuris non cõ sueuerunt torqueri, nec de iure possunt, neq; de facto est præsumendum.

Nec ob. quod notat Cy. in. d. l. ij. C. quod met. cau. dicens quòd solutio facta. quando instat eadem causa timoris, ut quia promissit ex metu tyranni sic et solue re pręsumitur. quia in causa pręducta fuit iniustus actus prius metu extortus ualet promissio sed confessio per tormenta licet metu tormentorum sit extorta. tamen actus torturę est iustus. unde ratificatio per interuallum facta, non inficitur ab actu tormentorum iusto,

9 Octauò quæro nunquid uideatur perseuerare in cõ fessione in tormentis facta, eo, ipso quòd non reuocat confessionem. Bal. in. l. unica. C. de confess. dicit ꝙ sic. nec perseuerantia est uulnerata à tormentis, quia ille non est iustus metus. nam iudicis auctoritas operatur

ꝙ factum per talem metum teneat, uidelicet quia pertinet ad executionem Iustitię, cum nō fiat contra bonos mores, sed iure licito. ut. ff. quod met. cau. secundū eum. Aduerte hoc non puto uerum, quia ut dixi supra eodem membro. q. vj. ad hoc ut confessio facta in tormentis probet, est necesse ꝙ ratificetur in iudicio apud acta. ut probat text. in. l. ij. C. de cust. reo. & ibi Alb. nec sufficit perseuerantia seu cursus temporis, ut ibi, nec tempus præfigitur ad reuocationem cōfessionis extortę per metum. ff. de confess. l. non fatetur. neque habetur pro confessione, ut ibi: quia non fatetur qui metu confitetur, & quia donec retinetur captus, ante ratificationem factam in loco iudicij, semper imminet idem metus, cum sit prope tormenta: ut d. l. ij. C. quo appella. non recip. & finaliter sic obseruat consuetudo.

10 Nonò quero, an iudex habitis sufficiētibus indicijs possit cogere reum ad confitendum, & ex illa confessione condemnare. Respondeo. non. quia sic condemnaretur ex indicijs, non probationibus. unde malè faciūt assessores qui habitis indicijs cogunt reum ad confitendum, sed debent moderatè torquere, & ueritatem inuestigare, & si habita tortura ueritas haberi possit il

11 la est cōsequēda ī cōdēnādo seu ī absoluēdo. Et debet hoc scribi ī actis ꝙ moderatè tortus cōfitet uel negat, ne tempore syndicatus possit conueniri, secundū Bar. in. l. fin. in prin. ff. eo. & hoc intellige, nisi cum confessione concurreret fama. seu uerisimilitudo uel alia adminicula, ultra ea, ex quibus est positus ad torturam

ut

ut dixi supra eodem memb. ij. q. nona.

12 Decimò quæro, an confeßioni factę in tormentis nō precedentibus indicijs stari debeat, si reus in illa perseuerat, Respondeo non. casus est in. l. pen. ff. eo. secundum unam lecturam quam Bar. approbat: facit. ff. e. l. unius. §. ex quibus, & quod no. per Glo. l. non dubiū C. de legib. & si ex fals. instru. l. ij. iij. & . iiij. & tenet Alber. eo. tit. uers. item pone quòd quidam. &c.

13 Vndecimò quæro quid si indicia appareant uel probentur post confessionem factam per torturam, an cōfessio probet, respondeo non, secundum Bar. in. l. maritus. ff. eo. quia illicitè & contra iuris ordinem fuit extorta. indicia enim debent pręcedere, per testes legitimè receptos & examinatos. Si enim aliquid dicant extra iudicium sine tormentis non faciunt indicium quia deposuerunt non iurati. C. de testib. l. solam. et. l. iurisiurandi. secūdum Bal. in consi. allegato supra eo. mem. q. j. Idem si cum iuramento extra iudicium examinatus fuerit, pone super īquisitione generali, quia sunt recepti parte non citata, ut dictum est supra in. ij. memb. q. xvij.

14 Duodecimo quæro, Reus negat maleficium & dat fideiussores. ut. l. j. ff. de custo. reo. demum contra eum probantur indicia citatur ut compareat ad subeundū torturam, non comparet, quid faciet iudex. Glo. in. l. pen. ff. eo. dat remedium. scilicet quòd cogat cum pignoribus captis & multa indicta, dicit Bart. ibidem. quòd istud est uerum de iure communi, secundū quod absens non potest damnari: etiā ubi est pœna pecunia.

ria nisi de maleficio constet, ut.l.absentem .ff. de pœn. Sed secundum statuta terrarum, secundum quæ contumax habetur pro confesso, sicut ante comparitionẽ fuit contumax, & perinde ac si non comparuisset debet procedi, ut.C.quomo.& quan.iud.l. consentaneũ &.C.de iudi.l.properandum.§.sin autem reus. in quibus dicitur, quòd sicut contra contumacem ante litẽ contestatam proceditur ad missionem in possessionem ex primo decreto et secundo, ita possit procedi post litem contestatam, scilicet ille qui nou uult comparere ad subeundum tormenta damnari non posit ut .d.l. pen.ff.co.potest tamen procedi contra eum ac si comparuisset ad citationes ad bancum secundum formã statuti secundum Bar.in.d.l.pen.

15 Tertiodecimo quæro notarius scribit quod reus est sponte confessus cum fuisset tormentatus an de falso, uel saltẽ determinatè ueniat puniendus, Respondeo aut loquimur de confeßione facta in tormentis, & tunc notarius non potest hoc scribere seu dicere. Aut in confessione facta cum perseuerantia, seu facta apud acta in iudicio . post tormenta . & tunc hoc scribere potest, ut.l.j.§.si quis ultro.ff.eo.ubi sic concludit Bart . quod forte procedit si notarius non fuit pręsens torturę, secundum Bal.in.l.j.C.de confess.qui dicit quod idem in iudicijs, quia reus non fuit tortus ad hoc præcisè ut confiteretur, sed ut uerum diceret. ut dixi supra eo.memb.q.ix.Et ideò cum fuerit tortus ad hoc singularirer & specificè sequitur ꝙ tenetur stare confeßioni, nec est omnino temerarium, sed secun-

secundum quid est liber. Et intentio fuit & esse debuit, ꝙ si confiteretur, confiteretur quia uerum, non quia tortus, & sic se habet cōmunis consuetudo, quæ excusat secundum Bal. in d. l. j. C. de confess. puto tamen melius faciat iudex uel notarius, si præcedente tortura non ponat sponte sed simpliciter, quia fuit cō fessus, ad huiusmodi dubium euitandum, hoc tamen in hoc membro sciendum est, ꝙ si reus sine tormento confiteatur, siue cum tormentis & perseuerat. & insuper etiam si damnetur confessus, si appareat contrarium restituendus est per Principē, ut. d. §. si quis ultro.

16 Quartodecimò quæro an confeßio facta in tormentis & perseuerata seu ratificata poßit reuocari tanquam per errorem. Respondeo sic, ut. ff. de confess. l. non fatetur. C. de iur. & facti ign. l. error facit. C. quo. appella. non recipi. l. ij. & hoc si in facto erratum sit, secus si in iure. d. l. error. secundum Alb. eo. tit. uersi. sed quid si sit confessus. Facit etiam ad hoc quod not. Bal. in l. fi. in prin. in uer. ex quibus uerbis. C. de proba. & supra eo. memb. in. ij. quæstione.

SVMMARIVM

1 Reus an & quando poßit pluries torqueri.
Tortura an pluries in testem inferri poßit.
2 Tortura an ex leui indicio poßit repeti.
3 Tortura in casu quo repeti poßit, an repeti debeat siue reus confiteatur siue neget.

4 *Reus quando dicatur indurare animum & corpus in tormentis.*

5 *Reus an propter nouam coniecturam repeti poßit in tormentis.*

6 *Reus confessus in tortura, sed in ea confeßione non perseuerans, an habeat indicium contra ad repetendum torturam.*

7 *Reus qui in tormentis repeti potest, an interim sit incarceribus detinendus.*

SEXTVM MEMBRVM.

1 *SEXTVM membrum principale est, quoties haberi potest quæstio uel tortura, circa quod mē brum dicunt Cy. & Ioā. And. hoc eodem membro ꝙ uidetur ꝙ semel & iterum poßit torqueri. ff. eo. l. repeti. & in auct. ut iudi. sine quoquo. suffra. §. oportet In contrarium facit. l. unius. in prin. ff. eo. titu. Item sufficit semel fieri. ff. de uerb. signifi. l. boues. §. j. & de præben. c. non potest. §. j. lib. vj. cum suis concordanti. Et quia sic est in teste. ff. de testib. l. produci. iiij. q. iij. §. Item incriminali. in prin. de accusatio. c. cum P. Odoff. dicebat repetitionem tormētorum fieri posse cum indicia noua emergant, ut quia tortus dixit se solum fuisse, & apparet modo contrarium uel hijs similia. Alij simpliciter dicunt propter omnem nouā coniecturam quę pręcedat ex ipsius dicto uel nō, quæstionem repeti posse, arg. d. l. unius. §. j. ff. de dam. infe. l. qui bona. §. si quis stipulaturus. & hæc fuit opi. Cy.*

Bar.in.d.l.unius.§.j.dicit quòd Cy. & Iaco. de Are. intelligunt.l.repeti.ff.eo quæ dicit repeti posse torme͂ta secundum determinationem.d.l.unius.§.j.& ita demum repeti possint tormenta si superuenerint indicia de nouo euidentiora quàm prima,contra reũ habita.aduerte Cy.dicit hoc modo.Ego credo ꝙ si sit aliqua coniectura de nouo poßit fieri repetitio tormentorum.arg.d l.unius.§.j.& l.qui bona.§.si quis stipulaturus.& Io. Andr.dicit ꝙ per omnem nouam coniecturam procedat ex ipsius dicto uel non quæstione͂ repeti posse ut dictum est: declarabo statim, sequor Bartol.qui subdit quòd quandoque apparent contra reum indicia leuia non multum manifesta & non multum urgentia.tamen quæstio non debet repeti de eo.quandoque contra reum apparent indicia manifesta & euidentia multũ vrge͂tia.tunc si in prima tortura nihil dixit,sed stat durus poterit iterũ torqueri et repeti.ut.d.l.repeti. et.l.unius.§.j.Dicit euide͂tioribus argumentis expone ꝙ sint alia argumenta,leuia que consueuerunt apparere contra reos. Sed secundũ primam lecturam Cy.exponentis euidentioribus argumentis,scilicet quę fuerint prima argumenta contra reum habita secundum Bar.dicit tamen ꝙ lectura est uera.Sed consuetudine non seruatur quia quęstio repetitur indistinctè,quãdo iudici uidetur, et propterea ipse scriture secundum lecturam prædictam in.d.§.j.Puto sic dicendum quòd aut reus est tortus competenter.& moderatè secundum qualitatem indiciorum, et semel tortus ulterius non debet torqueri

